IULIANI PELEI, ... COMMENTARIUS VERÈ ANALYTICUS, IN REGULAS...

Julien Peleus, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
26 A
44

30 a

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

28 26
B D
54 45

13, 21, a, 3

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IVLIANI PELEI, IN SENATV PARISIENSI, ET IN CONſiſtorio Principis Aduocati, Commentarius verè Analyticus, in Regulas Cancellariæ Romanæ.

Ex quo lux ingens ad ipſos etiam interpretes.

BIBLIOTH. COLLEG. ROMANI IHS

Bibliothecæ Secr: Coll: Rom: Soc: Jesu



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ex legato ... Concini

PARISIIS,
Ex Typographiâ FRANCISCI HVBY, via Iacobæa ad inſigne Bibliæ aureæ. Et in Palatij officina in ambulacro carceratorum.

M. D. C. XV.

Cum Priuilegio Regis.

Digitized by Google

Digitized by Google

AMPLISSIMO ET ILLVSTRISSIMO PRÆSIDI NICOLAO Verduno Equiti, ſacri Conſiſtorij Conſiliario, & Principi Senatus Galliarum, Iulianus Peleus ſalutem.

REm *beneficiariam præcipuam vt ego ſemper exiſtimaui, iuris noſtri partẽ, ab omnibus ferè neglectam, à paucis intellectam, & à barbaris barbarè & diſſolutè tractatam primus ni fallor in certæ artis formam ex infinita mole commentariorum analyticè reuocaui, Illuſtriſſime noſtri Senatus princeps. Quod meum opus eò laborioſius fuit quòd*

A ij

Digitized by Google

quæ ſunt per ius vniuerſum ciuile &
canonicum, gloſſas veteres ac recẽtes,
Annales Eccleſiæ, Cõcilia ſacra, Cõ-
mentarios & Tractatus, Conſilia &
deciſiones doctorũ, ac denique ſupre-
marũ Curiarũ Decreta longe lateque
diſperſa, ad certos fontes & capita
breuiter reſtrinxi, & omiſsis inutili-
bus argumentis, quid in re quaque
iudicanda ſequendũ ſit, confeſtim ex-
poſui. Deniq; hoc poſſum ſine oſtenta-
tione profiteri, me labore meo aliorũ
laborẽ minuiſſe, & hanc partem iu-
ris vberem, explicatam & facilem
quæ prius erat inuolutiſſima, homi-
nibus noſtris tradidiſſe: ac inſuper a-
liorum interpretum interpretem egiſ-
ſe, obſcura explanaſſe, ſuperflua &
inutilia præcidiſſe, non intellecta de-
monſtraſſe, permulta hactenus igno-
ta in lucem emiſiſſe & barbaris or-
natum, confuſis & indigeſtis ordi-
nem attuliſſe. Ac M[illegible] quidem

quem omnes in ea parte iuris lauda-
re ſolent, quanta lux addita fuerit no-
ſtra induſtria, nemo eſt qui neſciat:
ſublata eſt ex eo obſcuritas & barba-
ries, confuſioni additus ordo, &
multitudo verborũ [redacted]orẽ ſen-
ſus vtili permutatione reducta eſt. Sed
quis neget [redacted] cogitationibus
ſuis fretum, tam ſæpè abripi feruore
ſcriptionis, vt ante dixiſſe ſæpè de-
prehendatur, quàm dicenda putaue-
rit, & ideo ſæpè in ſeipſum incurre-
re, & hîc conuellere quod alibi con-
firmauerat? Quis neſciat [redacted]
diſtinctionũ ſuarũ vires adeò dilutas
reddere, vt nihil planè pungere vi-
deãtur? Certè laborioſæ collectiones
[redacted]i, licet hominis multæ doctri-
næ & eruditionis in multis langue-
ſcunt, nec efficiunt hilum: ſæpè aduer-
ſantes ſententias proterit magno &
confidenti auſu, ſæpè audaculè loqui-
tur cum aliquid minus probat. Et ſi

Digitized by Google

ferream, ſalebroſam & inconditam orationem tollas, quæ apud imperitos authoritatem conciliat, cætera planè obuia, facilia & explicata videbuntur. Iamuero conſtat non omnia [redacted] *tenuiſſe, in multis hallucinatum & reprehenſum fuiſſe, & eius eruditioni permulta ipſi ignorata ſequẽtes annos adieciſſe, quod ex noſtro commẽtario perſpicuum omnibus fore exiſtimo. Huius operis veluti præludium, Commentarium in Regulas Cancellariæ Romanæ ad exquirendum populi iudicium emitto in vulgus, & ampliſſimo nomini tuo dedico multis de cauſis. Res eſt ſenatoria quam tracto & à Senatu confirmata, æquum eſt igitur rem tanti ponderis et ad Officium Senatus pertinentem ſub Principis Senatus nomine publicare. Deinde permulta quæ à me hoc in opere tractata ſunt, à te ipſo et à ſacris Senatus oraculis profe-*

cta ſunt: nemo igitur iniquũ duxerit ſi redeant ea vnde orta ſunt, & ſi tibi acceptum fero quod à prudentia tua definitum inſtar legis accepimus. Accedit quod humaniſſimus ſemper mihi Patronus, & ſtudiorum meorum fautor benigniſſimus fuiſti, tutiſſimum in aduerſis præſidium, & in proſperis dulciſſimum decus. Sed vt cæteras cauſas omittam, ecquis meas operas iuſtius ſibi vendicare poſſet? Varia & multiplex eruditio tua, recondita doctrina, fortis & potens eloquẽtia, ac planè ſtupẽda memoria, grauitas tua, imò maieſtas in pronunciando, æquitas in iudicando, ſapientia in decernendo, fortitudo ac conſtantia in perrumpenda hominum iniquitate, me adeò tibi deuinxerũt, vt ſi me omniaque mea in te contuliſſem, non viderer vel minimam partem tuorum ingentium meritorum eſſe cõſequutus. Hunc igitur libellum, illu-

RATIO ET ORDO DIcendorum.

CAPVT I.

METHODVS Analytica in Commentaria Gomeſij, Molinæj & aliorum à nobis conſcripta eſt, quòd videremus multa doctè ab iſtis authoribus conſcripta, ſparſim & verbosè nimis, ac alieno, ſeu, quod aiunt, peregrino loco, & obſcure eſſe tractata. Atque in eo ſumus imitati Ioannem 22. Pontificem regularũ iſtarũ authorem, qui adeò curioſus fuiſſe dicitur, vt repertoria ſeu indices ſibi ordine Alphabeti conficeret, quibus facile res omnes in promptu & ad manus haberet, Gomeſ. Procem. q. 1. art. 5.

Sed in hoc opere in eo ab ſumus ab iſto Pontifice, quod non indicem tan-

Digitized by Google

tum confecimus, ſed confuſas nimis digreſſiones & vagos tractatus ad certam & ſuis terminis conſcriptam artem reuocauimus, analytice omnia reſoluentes & ex longis diſputationibus certa theoremata & definitiones conficientes, vt ex vnius paginæ lectione quiuis intelligere queat quid mente tenendum & in rebus iudicandis ſequendum ſit. Atque etiam locos authorum adnotauimus, vt ſi quis argumenta diſputationum plenius videre cupiat, ex fontibus ipſis hauriat quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. Quoniam igitur inſtitutum nobis eſt in hoc libro exponere Cancellariæ Romanæ regulas ex quibus facile eſt intelligere quænam ſint Collationes beneficiorũ vtiles aut inutiles, & quibus modis beneficia retineantur aut amittãtur, neceſſe eſt nõnulla præmittere quæ ſunt ab alijs methodi plane imperitis deciſionibus ſuis alioquin doctiſſimis intempeſtiue permixta, de beneficijs in genere, natura & differentiis beneficiorum, vacationibus & collationibus eorum, & ſpeciebus collatorum, patronorum nominationibus, & cæteris eiuſmodi præco-

Digitized by Google

gnitionibus: ſiquidem vt ſapienter ait methodi princeps Ariſtoteles in poſterioribus Analyticis, omnis doctrina & diſciplina intellectiua ex præexiſtente cognitione naſcitur, quod cernere licet non ſolùm in Mathematicis diſciplinis, ſed etiam in cæteris artibus minus exactis quæ per ſyllogiſmos & enthymemata, ac per exempla & inductiones fiunt, vt per notiora progrediantur. Quibus accuratè expoſitis, ac velut in tabella Geometrice demonſtratis, de Cancellaria Romana præcipuis miniſtris pontificis, & regulis Cancellariæ tam in genere quam in ſpecie diſſeremus, & ordine tam facili vt his noſtris perlectis quãtum vtilitatis attulerit hominibus noſtris iſta lucubratio, pueri etiam intelligant.

Digitized by Google

DE IVRE PONTIFICIO & beneficiario in genere.

CAP. 2.

IVRA ciuilia per puncta rationis facta ſunt, ſolo generis humani intuitu, & trãquilitatis publicæ, & in legibus imperialibus omne bonum regimen continetur: at iura Pontificia noua per puncta ſeu potius hamos auri & argenti facta ſunt, vt ſcribit diuus Bernardus. Molin. de public. N. 437. 438.

Tanta eſt beneficiarij iuris incertitudo, tanta iudicum & tam arbitraria in iudicando libertas, vt hodie me quiſquis voluerit inimicus Sacerdotio pellat, vt quidam dicebat apud Petronium.

Beneficiorum materia eſt valde lubrica & præceps, vt vel puncto vel apice vno mutato inuerti poſſit. Molin. de veris. n. 110.

Hæc quæſtio iuris beneficiarij ſi-

milis eſt horrido hiſtrici ſuis aculeis vndique prominentibus intractabili. Molin. de publicand. n. 112.

Paralogiſmi in iure periculoſi ſunt, qui fiunt pauca aduertendo. Molin. de infir. n. *96*.

Monachis prohibetur ſtudere legibus principaliter & primò, nõ ſecundariò, & ad intelligentiam iuris canonici. Gomeſi. reg. de iur. quæſt. 4. 3.

Vulgares pragmatici nihil aliud intelligunt quam quod extrinſecus ſonat ſed interiore ſenſu latente impingunt, Molin. de infir. n. *91*.

Denique incerta hæc ſi tu poſtules ratione certa facere, nihilo plus agas quam ſi des operam vt cum ratione inſanias, vt Terentianis verbis vtar.

DE BENEFICIIS IN genere.

CAP. 3.

BENEFICII verbum à lege prolatum comprehendit etiam beneficia curata & dignitates. conſeſ. de annali. q. 19.

Tituli beneficiorum ſunt iure nouo & poſitiuo inſtituti, ſed in primitiua Eccleſia, erant tantum adminiſtrationes ſine vlla re temporali [redacted]. de infir. n. 283. 284.

Locus non præſumitur religioſus, multoque minus beneficium Eccleſiaſticum, [redacted]. de infir. n. 147.

Beneficia & eorum reditus plublici iuris ſunt. [redacted]. de public. 291.

Beneficia ſunt iuris publici, nec in his datur reſtitutio vt in patrimonialibus: ſunt enim beneficia extra bona & patrimonia [redacted]. de public. n. 91.

Ex temporis diuturnitate non fit probatio tituli in beneficijs Eccleſiaſticis

Digitized by Google

Tiraq. de præſcript. gloſ. 4. n. 20. & ſeq.

Beneficia æquiparantur vltimis voluntatibus. Gomeſ. reg. de iur. quæſi. q. 4.

Beneficij appellatione non comprehenditur dignitas, quæ qualitatem habet: qualitas autem in actu conſiſtens eum mutat in diuerſam ſpeciem. Gomeſ. proœm. q. 5.

In beneficijs hoc generaliter obſeruandum eſt, vt non ſufficiat probare aduerſarium ius nullum habere, ſed neceſſe eſt ius ſuum demonſtrare: quod ita verum eſt, vt confeſſio aduerſarij non det titulum, licet iuuet in poſſeſſione retinenda non autem adipiſcenda vel reſtituenda: renuntians item non det ius aduerſario licet non poſſit amplius agere, renuntiat enim inſtantiæ non iuri Rebuff. in praxi in regula de non tollendo.

Officium ſequitur beneficium, ſicut venator leporem Gomeſ. de infir. q. 16.

Semel malus in eodem genere mali, malus præſumitur, etiam præſul Molin. de infir. n. 116.

Beneficia non debent eſſe in pendenti. Gomeſ. de annali q. 42.

Beneficium ſine reditu non eſt beneficium Gomeſ. de annali. q. 47. vt ſine anima non dicitur homo. ib.

Titulus beneficij eſt impręſcriptibilis. Gomeſ. de triennal q. 13.

Communis vſus loquendi ſeruandus in re beneficiaria, Molin. de infir. n. 104.

Cauſa beneficialis cum agitur de titulo, in arbitros compromitti non poteſt Gomeſ. de non iudic. q. 8.

Olim canonici dicebātur Clerici primi gradus, cæteri beneficiati, ſecundi gradus Gomeſ. proem. q. 1. art. 3.

Edictum inſinuationum non ſeruatur, niſi contra ſuſpectos fraudis Molin. de infir. n. 144.

Minor reſtituitur in beneficijs ad cōſeruandum non ad quærēdum, Molin. de public. 240. 268.

Argumentum à beneficijs ad officia ſecularia, an procedat, Rebuff. in conſtitut. honeſta cauſa præualet minus honeſtæ quæ ſimul concurrit Molin. de infir. n. 115.

Plures titulos cumulare licet, ſi primus non

non excludit ſecundum alius ſecus. Molin. de infir. n. 160. 162.

Vacatio per obitum non poteſt verificari in ſolo iure ſine poſſeſſione, ſed hoc controuerſum eſt. Gomeſ. reg. de iure quæſ. q. 1.

Succeſſor non tenet docere de iure deceſſoris. Molin. de annali. n. 116.

In beneficijs non datur ſucceſſio reſpectu tituli. Gomeſ. de triennali, q. 13.

Verbalis ſequeſtratio plus prodeſt poſſeſſori quàm ſententia fiduciariæ poſſeſſionis. Molin. de public. n. 430.

Non iudicandum rebus iudicatis ſed legibus, quia modica diuerſitas facti magnam inducit diuerſitatem iuris. Molin. de public. n. 35.

Dulcedo beneficiorum excitat ſtudium corrumpendi teſtes. Gomeſ. de verſim. q. 3.

Cum triplex ſit conditio, præſens, ſuſpenſiua, & reſolutoria, in beneficiis reſolutoria potius pręſumitur quàm ſuſpenſiua, & retrò trahitur, Molin. de public. n. 180. 181. 182.

Sequeſtrum non poteſt fieri per Eccleſiaſticum, nec per iudicem ſecularem, tanquam Eccleſiaſtici execu-

Digitized by Google

torem. Molin. de infir. n. 200.

Sententia iudicis competentis incidens ſiue primatiua, ſiue declaratoria quæ in rem iudicatam tranſiuit, nō ſolum abolet titulum, ſed etiam omnem tituli colorem, vt & ſententia canonis incidens. Molin. de public. n. 27.

Qui initio bonum titulum habet & poſſeſſionem facti, tamen ex incidente cauſa veluti ex negligentia, vel aſſecutione beneficij incompatibilis, omnem colorem tituli poteſt amittere: multò magis delebitur titulus ex cauſa inſita quam accidente. Molin. de publicand. n. 29.

In dependentibus à voluntate ſuperioris, huius non inferiorum voluntas attenditur. Molin. de infir. n. 152.

Poſſeſſio prædeceſſoris beneficij non continuatur ad ſucceſſorem. de pacificis poſſeſſ. in verbo poſſedit in pragmat.

Ad acceptandam poſſeſſionem beneficij requiritur indiuiduum mandatū Molin. de infir. n. 304.

Poſſeſſionem beneficij intrans literis non expeditis, perdit omne ius. Gomeſ. de non iudic. q. 1.

Digitized by Google

Poſſeſſio beneficij apprehendi debet intra triẽnium à tempore prouiſionis, ſecus beneficiatus cadit iure ſuo tam in petitorio quàm in poſſeſſorio. Papon. lib. 3. ares. tit. 1.

Poſſeſſio reſignati beneficij capi debet à reſignatario intra tres annos numerandos à die ſuæ prouiſionis, quod intelligendum eſt ſi vterque reſignans & reſignatarius viuit. Gregor. tractatu de benef. cap. 31. n. 22.

Si tamen reſignatarius ignoret ſuam ſignaturam, & poſſeſſionem ceperit viuente reſignante, non amittit beneficium poſt tres annos poſſeſſione non capta, vt oſtendimus in actionibus forenſibus.

Pacificus ſucceſſor non tenetur probare ius & titulum deceſſoris: non pacificus etiam non tenetur quando deceſſor in lite non fuit. Molin. de public. n. 43. At ſecus eſt in non poſſeſſore & contra poſſeſſorem, & in caſu certo. ib.

Incumbens rei nomine ſuo cenſetur poſſeſſor, cui lapſus anni non nocet, ſed prodeſt. Molin. de public. num. 423. 424.

Digitized by Google

Non neceſſe eſt nouam poſſeſſionem capere ex nouo titulo, vt iudicatum fuiſſe à Senatu referet Papon. lib. 8.

Non proprie dicitur electiuum beneficium, in quo non ſeruatur forma; cap. quia propter de election. & talis beneficij valet collatio ab Epiſcopo facta conſenſu electorum ſine alia electione. Molin. de infir. n. 6.

Præceptoriæ S. Ioannis Hieroſolymitani non ſunt beneficia, ſed potius quædam locationes pro modica penſione, ideóque in ijs regula, locum non habet. Molin. de infir. n. 321.

Si beneficium regulare tenetur per ſæcularem in Commēdam, numquam fit ſæculare etiam per 400. annos. Molin. de publican. n. 440.

Pendente appellatione non vacuum beneficium, Charondas ab 8. reſponſ. cap 10.

Digitized by Google

DE RESIGNATIONE beneficiorum.

CAP. 4.

DVo frequentes modi vacandi, per ceſſum vel deceſſum. Molin. de infir. n. 36.

Reſignatio metu facta nulla eſt indiſtincte. Molin. de infir. n. 93.

Scholares non ſunt idonei teſtes in reſignatione beneficij. Molin. de infir. n. 143. 145.

Reſignatio fraudulenta non impedit vacationem per obitum. Molin. de public. n. 250.

Reſignatio facta ſpe quod tali conferatur, non dicitur in fauorem, nec ſimoniaca, ceſſante expreſſa conditione vel pacto, ſub prætextu quod tempus amici collatoris expectatum eſt. Molin. de infir. n. 94.

In mera reſignatione ſucceſſor nihil capit à reſignante: ſecus in reſignatio-

ne in fauorem. MOLIN. de infir. n. 90. 101.

Minor non poteſt reſignare vnicum beneficium: MOLIN. de public. n. 372.

Multiplex eſt reſignatio, ſimplex, abdicatoria, ſucceſſoria, acceptatoria, penſionaria, & hæc perſonalis aut realis quæ eſt cum tranſit in ſucceſſorem reſignatarij. MOLIN. de infir. n. 12. 13

Quintus gradus reſignationis eſt duplæ ſed non mutuæ, cum reſignatarius debet beneficium aliquod reſignare tertio. MOLIN. de infir. n. 15.

Sextus gradus eſt regreſſoriæ reſignationis, quæ apud nos tranſit in ſimplicem, niſi reſignans nolit à poſſeſſione recedere, niſi clauſula regreſſus ſit valida, quo caſu nulla eſt reſignatio. MOLIN. de infir. n. 15.

Quatuor ſunt modi reſignationis in fauorem, primus fit iure communi, vt cauſa permutationis: ſecundus contra ius commune ex diſpenſatione Papæ qui vulgaris eſt: tertius ex diſpenſatione iuris communis, vt de iure pręt enſo. causâ ſedandæ diſcordiæ, & iudicis authoritate, quartus fauore vtilitatis vel neceſſitatis Eccleſiæ, ſiue causâ

Digitized by Google

cognitâ;& decreto Diocceſani, permutando, vel ad finem vnionis. Molin. de publicand. n. 116.

Reſignatio in fauorem, initio fuit occulta & ſine expreſſione certæ perſonæ, ita vt reſignatio perſonam non contineret, ſed ſimpliciter concipiretur, & ſola ſupplicatio perſonæ, faceret mentionem: ſed tandem aperte & ſine pudore nominauit reſignatio perſonam, & eius tantum gratiâ, nec aliter fieri à reſignante dicta eſt: imò quidã ſed rarius clauſulam adiecere irritam fore reſignationẽ, niſi reſignatarius admitteret, aut ſi alio modo inhabilis efficeretur. Molin. de veris n. 99. 100. 101. 102. 103.

Non eſt vitium reſignare in fauorem digni & honeſti etiam conſanguinei, ſi tamẽ adminiſtraturus eſt, reſignatarius nec auaritię vel ambitioni ſeruiat. Molin. de infir. n. 124. 126.

Per reſignationem in fauorem nihil vacat niſi ad effectum eius, vel niſi ſequatur priuatio per ſententiam, vel poſtquam reſignans reipſa reliquit poſſeſſionem reſignatario ſimoniacè. Molin. de infir. n. 205. 206.

Qui reſignauit in fauorem in manu non habentis poteſtatem, iterum ante poſſeſſionem dimiſſam poteſt reſignare ſimpliciter apud ordinarium, vel in fauorem apud Papam, ſed tunc debet mentionẽ facere de priori reſignatione abuſiua. Molin. de infir. n. 207.

In reſignatione in fauorem non eſt aliud tempus admiſſionis & collationis, quia conditionalis eſt: aliud obtinet in propriè ſimplici. Molin. de infir. n. 18. 19.

Reſignatio in fauorem eſt odioſa & ſimoniaca. Molin. de infir. n. 101. 185.

Notatij Cameræ & Cancellariæ non perſcribunt conſenſum, niſi conſtet de mandato per publicum inſtrumentum. Rebuff. de procurati ad reſig. n. 7. nec poteſt quis præſtare conſenſum per epiſtolam. Pariſ. de reſig. lib. 9. q. 6.

Conſenſus pręſtari poteſt poſt annũ à morte reſignantis, ſi tempore impetrationis fuit mandatum ad reſignãdum Molin. de public. n. 206. 221.

Papa poteſt derogare conſenſui præſtando in reſignando. Pariſ. de reſignat lib. 4. q. 9. n. 54.

Ratificatio non habet locum in reſi-

gnationibus beneficiorũ. Molin. de public. n. 394.

Laicus poteſt eſſe procurator ad acceptandum vel reſignandum in genere, ſed non ad eligendam perſonam incertam, item poteſt eſſe procurator ad reſignandum in fauorem perſonæ per eum nominandæ. Molin. de public. n. 396. 397. 398. 399. 400. 408.

Olim Cancellaria Romana non admittebat procuratoria anno vetuſtiora ad reſignandum: ſed illud à Camera Papæ negligi cœpit. Molin. de public. n. 401.

Procuratio ſuperannalis, non valet. Rebuſus in praxi.

Nulla eſt reſignatio & prouiſio facta vi procurationis ſuperannalis & edictum Henrici ſecundi contra paruas datas obligat etiam in petitorio & in foro Eccleſiaſtico in his quæ geſta ſunt poſt illud edictum. Molin. de public. n. 382. 387. 405.

Procurator non eſt ante acceptas literas reſignantis. Molin. de public. n. 386. 387. 388. 390. 391. 392. 393.

Procurator ad reſignandum non poteſt habere fidem de reciproca reſi-

gnatione, ſed debet videre procuratoria reciproca. Molin. de infir. n. 156.

Non ſufficit procuratorem ſubſtitutum habere præ manibus inſtrumentum ſubſtitutionis, niſi etiam habeat inſtrumentum principale, quia inſtrumẽtum referens non probat ſine relato. Molin. de public. n. 402. 403.

Non ſufficit exhibere inſtrumentum reuocationis, niſi mandatum ad notificandum oſtendatur à reſignante factum. Molin. de publicand. n. 269.

Reuocatio facta poſt reſignationem admiſſam non poteſt nocere reſignatario, nec regula de publicandis, quod poſſeſſio intra ſex mẽſes non fuerit apprehenſa. Carond. 1. reſponſ.

Vicarius Epiſcopi niſi habeat generale mandatum ad conferenda beneficia & reſignationes admittendas, non poteſt admittere reſignationem puram eius qui crimen aliquod commiſit priuatione beneficij dignum. Molin. de infir. n. 373.

Si Papa vel Legatus admittant reſignationem accuſati coram ordinario, criminis priuatione digni, appellati

poterit veluti ob abuſum. Molin. de infir. n. 378.

Qui priuandus eſt per ſententiam propter delictum aliquod, non poteſt reſignare in fauorem, Molin. de infir. n. 367. 368. Siquidem alienatio vel reſignatio beneficij in fraudem accuſationis facta, non valet. n. 369. 375. 376. 378. 370. 372. 371.

Beneficij reſignatio facta pendente appellatione, ab eo qui iam fuit condemnatus. nõ valet Cod. fabr. de ſacro Eccleſ. def. 89.

Accuſato tanquam innocente abſoluto, valet alienatio vel reſignatio interim ſpontè facta. Molin. de infir. n. 379. Sed ſi abſoluatur gratiâ, prouiſio Papæ vel Legati nulla erit, & ordinarij conualeſcet. n. 380.

Reſignatio non eſt priuſquam ſit admiſſa ab habente poteſtatem. Molin. de infir. n. 343. 344.

Reſignans ante admiſſionem reſignationis ab habente poteſtatem, nec titulum, nec poſſeſſionem amittit. Molin. de infir. n. 4. 7. 414. Sed poteſt agere vti prius: & impetrando aliud beneficium, tenetur mentionem facere re-

ſignati, niſi forte putaret admiſſam eſſe reſignationem. Molin. de infir. n. 5.

Quando renuntiatio non admittitur, non vacat beneficium. Gomeſ. de infir. q. 24. Putat tamen Gomeſ. renuntiantem ſtatim amittere ius & poſſeſſionem omnem quam habebat, licet ſuperior non admittat reſignationem. ib. niſi renuntiatio facta ſit in manibus non habentis poteſtatem, quia tunc reuocari poteſt. ib.

Per repudiationem reſignatarij, nihil vacat, etiam in curia. Molin. de veris. n. 76.

Repudiatio reſignatarij non eſt genus vacandi, ſed remotio obſtaculi, nec reſtringit collationem: itaque ſi reſignatarius in fauorem repudiat, non remanet collatio reſignatario vt ſimplex, ſed in totum extinguitur, non iure quidem, ſed vſu noſtro. Molin. de veris. n. 95. 96. 97. 105. 106. 107. 109. 83. & ſeq.

Reſignatio in fauorem habetur pro infecta ſi reſignatarius repudiet. Molin. de public. n. 245. 252. 264. Quod verum eſt etiam poſt obitum reſignantis, & retrò trahitur ad confirmandam col-

Digitized by Google

lationem ordinarij per obitum: Sed nõ ad infirmandam præuentionem Papæ niſi facta ſit eius commodo cui debetur beneficium. n. 246. 247. 248. 250.

Reſignatarius qui neglexit curam reſignantis infirmi, debet excludi. Molin. de veris. n. 56.

Retentio Collationis beneficiorum per reſignantem, eſt abuſiua. Molin. de infir. n. 213.

Epiſcopus reſignans Epiſcopatum retenta collatione beneficiorum, habet illam iure ordinario, non vti delegatus aut Vicarius Papæ. Molin. de infir. n. 213.

Beneficij reſignatio à ſene vel infirmo facta fratri vel nepoti ex fratre vel ſorore, in fraudem facta præſumitur. Cod. fabr. de ſacroſ. Eccelſ. defi. 88.

Reſignationes mutuæ & occultatæ non valent vti ſimoniacæ. Molin. de publicand. n. 99.

Papa iure ordinario non poteſt alteri conferre quam reſignatario beneficium, cum clauſula eſt non aliâs Pariſ. de reſignat. lib. 1. q. 2. n. 20.

Furioſus non præſumitur reſignaſſe tempore dilucidi interualli, ſed reſi

gnatarius hoc probare debet. Molin. de infir. 348.

Reſignatio ſeu ſignatura ſeruata per triennitum inutilis eſt. & ius redit ad reſignantem vt oſtendimus. lib. 1. act. forenſ. cap. 29.

Reſignatarius non capit ius nec poſſeſſionem à reſignante, ſed à collatore. Molin. de public. n. 33.

Licet reſignatarius non capiat ius à reſignante, non tamen capit aliud firmius aut potentius. Molin. de public. n. 42.

Acta cum reſignante nocent reſignatario. Molin. de public. n. 426. & contra. n. 428.

Reſignans licitè poſſidet & adminiſtrat vſque in aduentum ſucceſſoris. Molin. de public. n. 157. 53.

Reſignatarius debet petere poſſeſſionem nomine ſuo, alioquin eſſet inutilis Gregor. tractat. de benef. cap. 31. n. 2.

Ex quo reſignatarius acceptauit beneficium, non poteſt amplius vacare per obitum cedentis, niſi in caſum regulæ de infirmis, vel de publicandis. Molin. de veris. n. 107.

Digitized by Google

Reſignatio ſubreptitia eſt facta per procuratorem in fauorem perſonæ per eum nominandæ, niſi hoc expreſſo. Molin. de public. n. 406. 409.

Non valet ceſſio etiam iurata reſignatarij fructuum futurorum beneficij in commodum reſignantis. Molin. de public. n. 290.

Collatio per reſignationem in fauorem Romæ facta non valet iure communi, ſed tantum per diſpenſationem Papæ. Molin. de public. n. 30.

Poteſt reſignari beneficium ante publicationem, etiam ſi reſignans eſſet in fine Pariſ. lib. 2. de reſig. benef. q. 27.

Reſignatio fieri poteſt ſine conſenſu Patroni, ſed non inſtitutio, niſi ex cauſa permutationis. Molin. de infir. n. 332.

An renuntiatio facta per eum qui poſt renuntiationem admiſſam & poſſeſſionem adeptam per decem dies vixit, valeat ad hoc vt prouiſus in poſſeſſione retineatur explicat. Marc. Parte. 2. q. 431.

Digitized by Google

DE PERMVTATIONE beneficiorum.

Cap. 5.

IVre Canonico in permutatione beneficiorum non curatur inæqualitas redituum. Molin. de public. n. 284.

Permutat æger beneficium cum Titio habente curam vel ius in ea, & admittitur illa permutatio per capitulum: triduo poſt æger moritur, & per eius obitum cõfertur Caio ab eodem capitulo qui Caius litigat cum Titio: reſpondendum eſt Caium eſſe repellendum, & valere permutationem, nam beneficium poteſt permutari cum hoſpitali vel iure prætenſo. Molin. de public. n. 183. 184. 185. 186. Aliud eſſet ſi dictæ curæ vel iuris prætenſi collatio defuncto viuenti facta non eſſet, tunc enim vinceret Caius. n. 185. 186.

Paſſus euictionem permutati benefici

ficij redit omnio ad ius antiquum. Molin. de public. n. 187.

Altero permutantium euicto, reditur ad prius beneficium ſine noua collatione. Molin. de infir. n. 154.

Vno permutantium non implente, nihil fit. Molin. de infir. n. 154.

Permutatio dici non poteſt niſi impleta. Molin. de infir. n. 148.

Permutatio beneficij pinguis cum tenui pręſumitur fraudulēta, in infirmitate facta. Gomeſ. de infir. q. 18. præſertim cum amico vel conſanguineo facta, ib.

Permutatio fraudulenta præſumitur quæ fit pinguis beneficii cum tenui à ſene & valetudinario, nepoti & adoleſcenti. Corraſ. de benef. cap. 9. in fi.

Permutatio cenſetur fraudulenta, quæ fit à moribundo, & beneficii pinguis cum modico. Molin. de infir. n. 92.

Reſignatio & permutatio beneficii in fraudem facta præſumitur, ſi pingue pro tenui permutetur, nec iuſta vlla permutandi cauſa appareat Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defi. 88.

Tres præſumptiones ad inferendam

Digitized by Google

fraudem ſufficiunt. Molin. de infir. n. 112. 117. 118.

Permutatio non poteſt reſolui niſi vtrinque. Molin. de public. n. 142. 150. 165. 188. 164. 170.

Collatarius ex cauſa permutationis habet cauſam lucratiuam. Molin. de infir. n. 377.

Beneficium de pertica dicitur, quod ad effectum permutationis faciendæ fingi ſolet. Gomeſ. de infir. q. 18.

Omnis permutatio duplicem habet conditionem, ſuſpenſiuam, & reſolutoriam. Molin. de infir. n. 153. 154.

Permutatio cum alieno beneficio non valet. Molin. de infir. n. 150.

Permutatio per vnum vtriuſque procuratorem fieri poteſt. Molin. de public. n. 132.

Reſignatio cauſa permutationis conditionalis eſt. Molin. de public. n. 179. 181. 183. 184. 186.

Hodie permutationes expediuntur ab inferioribus collatoribus Epiſcopis & Patronis Eccleſiaſticis irrequiſitis, ad vitandas præuentiones Papæ. Molin. de infir. n. 41.

Plerumque fingitur permutatio ad

priuandum ordinarium. Molin. de infir. n. 29.

Noua prouiſione opus eſt ei qui ex permutatione reſignauit etiam poſt cõtinuatam triennalem poſſeſſionem, ſi impleta fuerit ex vtraque parte permutatio. Cod. Fabrian. de ſacroſ. Eccleſ. defi. 80.

Compermutans ſuperſtes non poteſt frui bonâ fortuna. Molin. de public. n. 120. Item à numero. 188. vſque ad 197.

Compermutans ſuperſtes non gaudet bonâ fortuna, nec in eligendo quidem vnũ ex duobus beneficijs permutatis: niſi permutatio facta ſit dolo defuncti, quo caſu ordinarius cogit eum eligere. Molin. de public. n. 188. 189. 190. 191.

Superſtes permuitantium gaudere poteſt bona fortuna, quando functus eſt officio in permutatione. Molin. de infir. n. 155.

Digitized by Google

DE RESERVATIONIbus.

Cap. 6.

Concilia de reſeruationibus ſublatis maxima ratione nituntur. [redacted]. de infir. n. 100.

Ordinarius poteſt cõferre beneficium vacans per extrauagantem execrabilis, quæ abolita eſt in hoc regno quoad reſeruationem in ea contentam. [redacted] de infir. n-337.

DE PENSIONE BENEficiaria.

Cap. 7.

Nugantur Canoniſtæ cum dicunt penſionem non debere fieri in quota, ſed in quãtitate, quia nõ minus minuũtur beneficia

Digitized by Google

per quantitatem, quàm per quotam. Molin. de public. n. 278.

Penſio in laicum cadere poteſt. Gomeſ. de infir. q. 16.

Penſio ratione tituli perſonalis eſt, ratione verò proprietatis, perpetua & prædialis. Molin. de public. n. 286.

Penſionem ſoluere aut recipere literis non expeditis ſalua conſcientia nemo poteſt. Gomeſ. de non judicand. q. 14.

In hoc regno non toleratur penſio vltra tertiam fructuum etiam in permutatione. Molin. de public. n. 274. Itaque debitor penſionis non poteſt priuari beneficio & clauſula reſoluens reſignationem non ſoluta penſione, nulla eſt apud nos. n. 275. 276.

Penſio non debet excedere tertiam partem beneficii, tamen excedens vitiatur non vitiat reſignationem: niſi reſignans initiò nolit dimittere poſſeſſionem, excepto ſi maiorem penſionem habeat, quo caſu reſignatio nulla eſt. Molin. de infir. n. 14. 15.

Licet ad penſionem conſtituendam vulgò non requiratur patroni conſenſus, tamen contrarium ſeruatur in ſpe-

Digitized by Google

ſtantibus ad nominationem regis. [redacted]. de pnblic. 280.

Penſio ſiue realis ſiue perſonalis contribuere debet in decimis. [redacted] de pnblic. 289.

Mutua penſionis creatio non valet etiam pretextu permutationis. [redacted] de public. n. 282. 283.

Subreptitia eſt penſio noua, priore tacita. [redacted]. de public. n. 279.

Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de reditu penſionis beneficij, ſed non ſi hypothecariè agatur. [redacted]. de public. n. 295.

Papa & non partes poteſt validare penſionem nullam. Pariſ. de reſig. lib. 6. q. 2. n. 80.

Papa poteſt reſeruare penſionem ſine conſenſu. Pariſ. de reſig. lib. 8. q. 8. n. 119 & lib. 6. q. 2. n. 131.

Penſio non poteſt à Papa conſtitui etiam conſenſu Prælati in commodum eius qui ius non habet in beneficio, aut ius incoloratum. [redacted]. de public. n. 276. 281.

Papa non poteſt facere vt penſio trãſeat ad ſucceſſorem reſignantis. [redacted] de public. n. 276.

Papa dare poteſt penſiones ad tempus Pariſ de reſig. lib. 4 q. 2. n. 47.

Papa concedit facultatem transferendi penſionem. Pariſ. de reſigna. lib. 6. q. 4 n. 13.

DE COMMENDA.

CAP. 8.

COMMENDA primo inſtituto Eccleſiæ nihil niſi depoſitum fuit. molin. de public. n. 298.

Hodie Cõmenda eſt collatio diſpenſatione Pontificis, nec aliter differt à titulo. molin. de public. 297. 302. 304. 305.

Commenda reuera eſt titulus, & omnia commendatarij poſſunt quæ titularij, adeout commenda Papæ poſſit reſignari in manibus ordinarij: & beneficium commendatum poſſit permutari cum titulato vel commendato etiam per Ordinarium: quippe ex pactis non ex denominatione iudicatur ſpecies

contractus. [redacted]. de public. à n. 297. vſque ad 308.

Quando ſecularis regulare beneficium poſſedit in Commendam, alter ſecularis ſine diſpenſatione idem impetrare poteſt, quia ſpectandus eſt vltimus ſtatus beneficij.

Commenda Ordinarij durat vltra ſemeſtre, donec ſuperior illã reuocauerit. [redacted]. de public. n. 308.

Commenda temporalis pertinet ad vitam ſucceſſoris cui beneficium confertur : ſed Commenda furioſi ad vitam eiuſdem. [redacted] de infir. n. 248.

DE SIMONIA.

CAP. 9.

SIMONIA rabies eſt, & peſtis ſua magnitudine alios morbos vincens, cuius reſpectu cætera crimina nihili æſtimantur. Molin. de public. n. 30.

Hodie iudices etiam ſeculares de facto Simoniæ cognoſcunt incidenter, cum antè ſoli Eccleſiaſtici cognoſcerent. Molin. de public. n. 31.

Gallia iampridem vexata à Simoniacis. Molin. de veris. n. 30.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

DE IVRE PATRO-natus.

Cap. 10.

IVs Patronatus eſt ſerui-tus iuris conferendi. Mo-lin. de infir. n. 61. 79. 216.

Forma capitis finalis de elect. in 6. non ſeruatur in præſentationibus niſi in Neuſtria. Molin. de infir. n. 41.

In beneficijs Patronatis poteſtas Papæ & Ordinarii habent ſe vti excedentia & exceſſi, & Ordinarius poteſt quod non Papa. Molin. de infir. n. 69.

Patronatus cenſetur Laicus, ſi ſit Clerici ratione ſui patrimonii vel patrimonii Eccleſiæ fundati à laico. Molin. de infir. n. 45.

Plus iuris habet Epiſcopus in inſtitutione, quàm patronus in præſentatione. Molin. de infir. n. 74. 215. 329.

Per acceptationem præſentati contrahuntur ſponſalia de futuro, quan-

do præſentatio facta eſt ſuperiori, licet hic non admittat præſentationem, quia concurrit conſenſus patroni & præſentati: quod ſi non facta ſit ſuperiori, licet præſentatus cōſentiat, non dicitur præſētatio ſed nominatio. Sed per admiſſionem ſuperioris ſponſalia tranſeunt in matrimoniū. gomeſ. reg. de iur. quęſit. q. 1.

Tempus non currit Patrono antequam ſciat. Molin. de infir. n. 332.

Quadrimeſte patroni initiò vtile eſt, nec currit ignoranti. Molin. de infir. n. 54.

Si quis infirmus beneficium reſignauerit, & infra viginti dies moriatur, & Papa vel Legatus contulerit beneficium ad præſentationem patroni, Ordinarius mediante noua præſentatione patroni poterit conferre per obitum. Molin. de infir. n. 331.

Plures patroni debent collegialiter non ſingulariter conſentire vno reclamante. Molin. de infir. n. 53.

Reſignatio fieri poteſt ſine conſenſu patroni, ſed non inſtitutio, niſi ex cauſa permutationis. Molin. de infir. 332.

Etiam patroni exempti ſpernuntur in

permutatione, etiamſi patronus ſit exterus, nec poteſt præſentare exterum. Molin. de infir. n. 43.44.

Permutatio non poteſt fieri ſine conſenſu patroni laici, nec Papa poteſt eum præuenire, nec vacat beneficium in curia. Molin. de infir. n. 41.45.

Permutatio non poteſt fieri ſine conſenſu patroni laici, licèt permutatio ſit neceſſaria vel vtilis Eccleſiæ, quia hui⁹ cognitio ſpectat ad Ordinarios nõ ad Papam, & abuſius eſſet ſi hic cognoſceret. Molin. de infir. n. 46. Item licet ius patronatus competat ex priuilegio vel præſcriptione, non fundatione vel donatione. n. 47. Itaut nec Papæ nec Legati præuentio conualeſcat patrono poſtea negligente: Adeout deuolutarius Ordinarij poſſit appellare tanquam ab abuſu à prçuẽtione Papæ vel Legati. n. 48. 52. 68. 214. niſi bulla dicat, accedente tamen patroni conſenſu. n. 49.

Ordinarius omiſſo patrono conferens, tam ſuum quam patroni ius contra præuentiones Papæ conſeruat durante tempore patroni, licet præuentio in fundatione reſeruata ſit Papæ. Molin. de infir. n. 70. 79.

Digitized by Google

Papa facilius derogat iuri patronatus Clericorum. Pariſ. de reſign. lib. 2. q. 4. n. 20.

Papa poteſt derogare iuri patronatus Eccleſiaſtico & laicorũ. Pariſ. de reſig. lib. 2.

Papa poteſt conferre abſque conſenſu patroni beneficium litigioſum vacans in curia. Pariſ. de reſig. lib. 2. q. 4. n. 52.

Collatio Ordinarij facta ſpreto patrono laico poteſt confirmari, ſed non collatio Papæ. Molin. de veriſ. n. 79.

Papa non poteſt præuenire patronos laicos. Molin. de infir. n. 41. licet alterum tantum beneficiorum ſit patronatus laici, vel Papa deroget. Molin. de infir. n. 51.

Fundatio iuris patronatus poteſt à ſolo ordinario confirmari. Molin. de infir. n. 45.

Valet præſentatio facta à proprietario, tacente fructuario & contra, & ab vno cæteris tacentibus. Molin. de infir. n. 80.

Patroni clericum eiuſdem diœceſis Epiſcopo præſentare debent. Gomeſ. de idiom. q. 1.

Digitized by Google

Prouiſio Nuntij Papalis ante præſentationem factam ſuperiori valet, ſi nuntio data ſit facultas derogãdi iuri patronus etiam laicorum. Gomeſ.reg.de non toll. iur. quæſ. 4. 1.

Patronus debet conſentire intra tempus quo poteſt præſentare, ſecus ius deuoluitur ad Ordinarium. Molin. de infir. n. 53.

Reprobatur diſtinctio Panormitani inter conſenſũ & negligentiam patroni, quia vtroque caſu valet collatio, vt ab eo tempore. Molin. de infir. n. 63.

Patronus grauatus mandato ſeſe exonerat conſentiendo mãdatarium inſtitui. Molin. de infir. n. 218. 219.

Præſentatus à Vicario patroni mortui, & prouiſus à Papa iure patroni pendente, titulum habet coloratum, nullo querente. Molin. de infir. n. 55.

Decretum de pacificis non prodeſt contra patronum laicum qui eſt infra tempus continuum vel vtile, ſi ij quorũ intereſt conquerantur. Molin. de infir. n. 54. 55.

Derogatio iuris patronatus non valet omiſſa eleganti clauſula appoſita in fundatione, in qua ſub certa forma prçuen-

tio Papæ permittitur. Molin. de infir. n. 57.

Formæ derogationi iuris patronatus factæ per ordinarios ab initio, Papa derogare non poteſt. Molin. de infir. n. 56.

Nec Papa nec Legatus poſſunt authoritatem præſtare fundationi, & reſeruationi derogandi iuri patronatus, niſi patronus conſentiat præuentionem Papæ reſeruati, & de hoc conſtet. Molin. de infir. n. 51. Item præuentio Papæ non conualeſcit per expreſſam ratificationẽ patroni, quia falſi Procuratoris factum coram principe non poteſt ratificari. n. 52.

Reprobatus praxis Normaniæ abrogans collationem factam intra tempus patroni. Molin. de infir. n. 68.

Collatio Ordinarij ſpreto patrono laico, non eſt nulla, ſed infirmanda etiam citra ſententiam, patrono debitè conquerente. Molin. de infir. n. 60. ſed eo negligente, manet valida iure ſuo priſtino. 61. 62. 176. 214.

Digitized by Google

DE REGIA AD PRÆLAturas nominatione.

CAP. II.

IMPERATOR in terris eſt omnium magiſter, Dei Legatus & procõſul. Gomeſ. q. 2. de infir.

Imperator lato modo dicitur Sacerdos, & ordinem ſubdiaconatus habet Gomeſ. q. 2. de infir.

In primitiua Eccleſia electio fuit cleri & populi. Molin. de infir. n. 101.

Ius ordinandi Papam, Epiſcopos, & Archiepiſcopos datum eſt Carolo magno vt Francorũ Regi. molin. de infir. n. 198.

Ludouicus Pius dedit Romanis ius eligendi ſummũ pontificem modo concordi conſenſu ſine pecunia & promiſſis fieret electio: ſecus remanet electio penes Regem Francorum, & ius eum examinandi. molin. de infir. n. 199.

Princeps cohibere poteſt abuſus Pręlatorum. molin. de infir. n. 124.

Beneficia

Beneficia verè electiua non vacant in curia, ſed ſunt Regiæ nominationis. [redacted] de infir. n. 401.

Decanatus electiui non ſpectant ad nominationem Regis in vim concordatorum. [redacted] de infir. n. 315. ſed in vim indultorũ latiorum, morte Regis finitorum. n. 316. Idem dicendum eſt de nominatione ad monaſteria habentia priuilegium eligendi. n. 317.

Rex ſolebat nominare ad monaſteria monialium, præceptorias Rhodienſium equitum, ſed vtrumque correctum fuit. [redacted]. de infir. n. 312. 313.

In nominatione Regis non ſeruatur hæc regula, ſed eius voluntas. [redacted]. de infir. n. 416.

Beneficia Regiæ nominationis, non poſſunt reſignari in fauorem, niſi conſenſu Regis. [redacted]. de infir. n. 407.

Clauſulæ generales in nominatione Regis, referuntur ad modum vacandi in ea expreſſum. [redacted]. de infir. n. 41[illegible]
In beneficiis nominationis Regiæ, Papa non poteſt apponere clauſulam vel aliàs quouiſmodo vacet, ſed ius illud eſt regium. [redacted]. de infir. 411.

In nominatione regia clauſulæ ſolitæ

D

pro appoſitis habentur. [redacted]. de infir. n. 414.

In beneficijs regiæ nominationis fruſtra Papa derogaret huic regulæ in præiudicium Regis. [redacted]. de infir. n. 410.

Pluribus nominatis à rege, prius nominatus præfertur, nec Rex variare debet. Molin. de infir. n. 408. 412.

Beneficia iuris patronatus non cadunt ſub nominationes Regum. Gomeſ. de infir. q. 17.

Priuilegium iuri communi conforme, abrogato iure communi per viam legis, abrogatur: ſecus ſi per viam contractus odioſi, ideoque eligendi priuilegia quibuſdam monaſterijs in concordatis excepta ſunt. [redacted]. de infir. n 402. 403.

Priuilegia eligendi quibuſdam monaſterijs excepta in concordatis, poſtea ſunt abrogata, primum ſpeciali indulto pontificum cõceſſo in gratiam Regum, mox conſuetudine & Senatuſconſultis. [redacted] de infir. n. 404.

Digitized by Google

DE COLLATIONE *in genere.*

CAP. 12.

COLLATIO beneficij noctu fieri poteſt. Gomeſ. de infir. q. 38.

Non eſt neceſſe collatorem ſcire an & ex qua cauſa beneficium vacet, ſed non licet impetranti feſtinare ante vacationem, quod & in gratia motu propriè facta locum habet. Molin. de veriſ. n. 10. 11.

Frequens eſt in iure collationem ſtatim valere, ſed tamen vt reſolui poſſit: & vno reſpectu incommutabilem quoad alios commutabilem. Molin. de infir. n. 81. 82. 83.

Digitized by Google

DE CONCILIIS ET COmitijs Eccleſiæ.

CAP. 13.

VERVM generale Cõcilium eſt ſupra Papam & Cardinales. [redacted]. de infir. n. 360.

Panormitanus adfuit concilio Baſilienſi, vbi à Fœlice quinto Cardinalis factus eſt. Molin. de infir. n. 356.

Concilium Cõſtantienſe Papas depoſuit. Molin. de infir. n. 355.

Concilium Tridentinum factum eſſe dicit [redacted] ad inſeruiẽdum affectibus quorumdam principum & Papæ De infir. n. 359.

DE PAPA SEV PONTIfice Romano.

CAPVT 14.

CREATORI Deo & Vicario creatoris ſubiecta eſt vniuerſa caro. Gomeſ. de Valore. q. 1.

Papa & Imperator poſſunt condere Leges in camera ſua ſine vllo conſilio. Gomeſ. de infir. q. 14.

Conſtitutio Papæ generaliter loquens non comprehendit Imperatorem neque Reges niſi ſpecialiter exprimantur. Gomeſ. q. 2. de infir.

Papa poteſt expedire etiam ardua ſine conſenſu Cardinalium. Pariſ. de reſig. lib. 3. q. 18. n. 124.

Papa ſolus priuat Cardinales. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 11. n. 15.

Papa poteſt facere conſtitutionem tangentem ſucceſſores. Pariſ. de reſig. lib. 2. q. 1. n. 20. & 13.

Papa poteſt ſeipſũ abſoluere, ſecus ab-

ſoluit inferiores. Pariſ. de reſig. lib. 3. q. 18. n. 130.

Papa in literis quas dirigit ad reges, non vtitur verbo mandamus, ſed exhortamur. Gomeſ. procem. q. 4.

Vbi Papa ibi etiam curia eſt. Molin. de publicand. n. 257.

Papa præſumitur habere memoriam iuris. Gomeſ. de impetrante. q. 1.

Papa poteſt etiam hodie regreſſus concedere. Pariſ. de reſig. lib. 6. q. 5. n. 108.

Papa poteſt eligere ſucceſſorem quando reipſa dignitatem transferr in reſignatarium: ſecus ſi pendente vita dignitatem retineret. Gomeſ. q. 1. de infir.

Papa mortuo rumpitur annulus, plũbum, & ſigillantur ſupplicationes quæ ſunt apud Datarium. Pariſ. de reſign. benef. lib. 11. q. 13. n. 125.

Electio Papæ ſpectat ad Concilium non ad Cardinales, maxime quando fit Papa per ceſſionem & priuationem. Molin. de infir. n. 357. 358. niſi eſſet concilium in quo ſoli deputati Papæ præſident, quod eius morte finitur. n. 359.

Electio Romani Pontificis per priuationem alterius, ad conſilium gene-

Digitized by Google

rale pertinet, per obitum verò, ad Cardinales. Gomeſ. de impetrant. q. 7.

Plures Pontifices Papatui renunciarunt & qui. Gomeſ. q. 1. de infir.

Papa poteſt renuntiare Papatui Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 5. n. 3. & lib. 2. q. 1. n. 19. Idque non obſtante voto lib. 2. q. 1. n. 19. & nonobſtante iuramento lib. 2. q. 1. n. 28. & abſque cauſa lib. 5. q. 1. n. 13. Idque per Procuratorem lib. 2. q. 1. n. 23. & lib. 9. q. 2. n. 2. & per renuntiationem priuatur Papatu. lib. 1. q. 5. n. 12. renuntiat in ſuis manibus lib. 7. q. 5. n. 7. & remanet Cardinalis lib. 1. q. 17. n. 1.

Papa debet renuntiare in Conſiſtorio, Pariſ. de reſignat. lib. 8. q. 3. n. 8. & deiectus Papatu remanet Cardinalis lib. 1. q. 17. n. 2.

Renuntiatio Papatus debet fieri coram Cardinalibus. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 5. n. 4. 6.

Papa tenetur renuntiare Papatui cum conſtat eum habere vxorem. Pariſ. de reſig. lib. 3. q. 18. n. 135.

Papa ex cauſa cogi poteſt renuntiare Pariſ. de reſignati. lib. 5. q. 1. n. 17.

Papa ſimoniacus poteſt cogi renuntia-

re. Pariſ. de reſign. lib. 3. q. 18. n. 19.

Papa non tenetur renuntiare Papatui, licet id promiſit in conclaui cum iuramento. Pariſ. de reſig. lib. 3. q. 18. n. 99.

Papa in mortis articulo poteſt cōcedere breuia. Pariſ. de reſig. lib. 4. q. 10. n. 8.

Exempti ſine Papa sūt locuſtæ ſine Rege. Gomeſ. de infir. q. 6.

Papa examinat cauſā dādi coadiutorē in cōſiſtorio. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 20. n. 15.

Papa interficiens aliquem irregularis efficitur. Gomeſ. q. 1. de infir.

Papa lapſus in hæreſim deſinit eſſe Papa. [redacted]. de infir. n. 386.

Aliud eſt Papa & Papatus, aliud Eccleſia Romana. Oldrad. conſil. 60. [redacted]. de public. 257.

Paulus tertius ita facilis erat ad concedendas diſpenſationes, vt Papa trapezitarum vulgò vocaretur. [redacted] de public. n. 385.

Papa transformat ordines à ſe creatos, & mutat ipſas etiam fundationes regum. [redacted] de public. n. 287. 288.

Papa non eſt Dominus Eccleſiæ [redacted]. de infir. n. 128.

Quæſtuariæ artes pontificum repro-

Digitized by Google

bantur. [redacted] de infir. n. 106. & obedientia eis denegata niſi prius profiteantur ſe parituros ſanctis edictis & conſtitutionibus Regum Franciæ n.107.

DE COLLATIONE Papæ.

Cap. 15.

PAPA eſt Dominus beneficiorũ. Pariſ. de reſig. lib. 2. q. 9. n. 10. & q. 4. n. 34.

Papa ſi vellet poſſet iuri quæſito in repręiudicare, maximè in beneficijs, quia omnia mundi beneficia ſunt manualia, & obedientialia reſpectu Papalis poteſtatis. Gomeſ. reg. de iur. quæſ. q. 1.

Papa non eſt Dominus beneficiorum. [redacted]. de public. n. 276.

Papæ collatio præfertur cæteris. Pariſ. de reſignat. lib. 7. q. 11. 8.

Plenitudo papæ in beneficialibus, intelligitur de iure conferendi non priuã-

rijs præcipitur non ſolum tempus Lateranẽſis cõcilij, & tẽpus maturè deliberandi priuſquam manus imponãt, quod iuris eſt diuini, ſed etiam tẽpus maturę ſcilicet veriſimilis notitiæ. Molin. de veriſ. n. 46.47.48.

Papa facilius quam ordinarius poteſt decipi in beneficijs. Pariſ. de reſig. lib. 12. q.5. n. 3.

Melius ſubijcitur Eccleſiæ iudicio plurimorum, quàm ſolius papæ. Gomeſ. q.1. de infir.

Dolendum eſt Eccleſiam Dei paſtoribus & prælatis paſſim & ſine delectu cõpleri, & nequiſſimos homines pecuniam Romam deferentes ornatos titulis honorificis ad ordinarios remitti cum bullis, quorum nemo inquirat an ij quos introducunt in templum Dei honeſtis ſint moribus & doctrina, timentes videlicet fiſco ſuo, nec curantes vtrum labia ſacerdotum cuſtodiant ſcientiam. Væ væ talibus Epiſcopis, quos inexhauſta cupiditas & cæca ambitio ex præſulibus transformauit in Satrapas & Reges qui mundanæ gloriæ vanitate intumeſcunt, neque ſe vt Eccleſiæ inſeruiant, ſed Eccleſiã vt eorum pompam foueat, factã

& inſtitutam eſſe arbitrantur. Hoc ita ſtomachum mouit [redacted] cenſori acerrimo vt diceret,

Papam nequiſſimos pecuniam adferentes probos prędicare ſuis bullis. de infir. n. 50.

Eumque velut Deam fortunam clauſis oculis nō digniores ſed diligentiores ditare. de infir. n. 37.

Inutilis pręuentio Papæ poſtea non conualeſcit. [redacted] de infir. n. 223.

Inutilis præuentio Papæ contra Cardinales numquam conualeſcit. [redacted] de infir. n. 181.

Ius collationis ordinarij pendens impedit & ſubreptitiam reddit collationem Papæ, vt in cap. ſi tibi abſenti de præbend. in 6. [redacted] de infir. n. 71. 82. 244. Atque etiam ius ad rem. n. 73.

Si Papa vel Legatus admittunt reſignationem accuſati coram ordinario criminis priuatione digni, appellari poterit veluti ob abuſum. [redacted] de infir. n. 378.

Papa poteſt recipere reſignationes habentium dignitatem. Pariſ. de reſig. lib. 8. q. 7. n. 10.

Papa poteſt recipere reſignationem

pro appoſitis habentur. molin. de infir. n. 414.

In beneficijs regiæ nominationis fruſtra Papa derogaret huic regulæ in præiudicium Regis. molin. de infir. n. 410.

Pluribus nominatis à rege, prius nominatus præfertur, nec Rex variare debet. molin. de infir. n. 408. 412.

Beneficia iuris patronatus non cadunt ſub nominationes Regum. Gomeſ. de infir. q. 17.

Priuilegium iuri communi conforme, abrogato iure communi per viam legis, abrogatur: ſecus ſi per viam contractus odioſi, ideoque eligendi priuilegia quibuſdam monaſterijs in concordatis excepta ſunt. molin. de infir. n 402. 403.

Priuilegia eligendi quibuſdam monaſterijs excepta in concordatis, poſtea ſunt abrogata, primum ſpeciali indulto pontificum cõceſſo in gratiam Regum, mox conſuetudine & Senatuſconſultis. molin. de infir. n. 404.

DE COLLATIONE in genere.

Cap. 12.

COLLATIO beneficij noctu fieri poteſt. Gomeſ. de infir. q. 38.

Non eſt neceſſe collatorem ſcire an & ex qua cauſa beneficium vacet, ſed non licet impetranti feſtinare ante vacationem, quod & in gratia motu propriè facta locum habet. Molin. de veriſ. n. 10.11.

Frequens eſt in iure collationem ſtatim valere, ſed tamen vt reſolui poſſit: & vno reſpectu incommutabilem quoad alios commutabilem. Molin. de infir. n. 81.82.83.

Digitized by Google

DE CONCILIIS ET COMITIJS *Eccleſiæ.*

Cap. 13.

Verum generale Cõcilium eſt ſupra Papam & Cardinales. [redacted]. de infir. n. 360.

Panormitanus adfuit concilio Baſilienſi, vbi à Fœlice quinto Cardinalis factus eſt. Molin. de infir. n. 356.

Concilium Cõſtantienſe Papas depoſuit. Molin. de infir. n. 355.

Concilium Tridentinum factum eſſe dicit [redacted] ad inſeruiẽdum affectibus quorumdam principum & Papæ De infir. n. 359.

Digitized by Google

DE PAPA SEV PONTIfice Romano.

CAPVT 14.

CREATORI Deo & Vicario creatoris ſubiecta eſt vniuerſa caro. Gomeſ. de Valore. q. 1.

Papa & Imperator poſſunt condere Leges in camera ſua ſine vllo conſilio. Gomeſ. de infir. q. 14.

Conſtitutio Papæ generaliter loquens non comprehendit Imperatorem neque Reges niſi ſpecialiter exprimantur. Gomeſ. q. 2. de infir.

Papa poteſt expedire etiam ardua ſine conſenſu Cardinalium. Pariſ. de reſig. lib. 3. q. 18. n. 124.

Papa ſolus priuat Cardinales. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 11. n. 15.

Papa poteſt facere conſtitutionem tangentem ſucceſſores. Pariſ. de reſig. lib. 2. q. 1. n. 20. & 13.

Papa poteſt ſeipſũ abſoluere, ſecus ab-

Digitized by Google

ſoluit inferiores. Pariſ. de reſig. lib. 3. q. 18. n. 130.

Papa in literis quas dirigit ad reges, non vtitur verbo mandamus, ſed exhortamur. Gomeſ. procem. q. 4.

Vbi Papa ibi etiam curia eſt. Molin. de publicand. n. 257.

Papa præſumitur habere memoriam iuris. Gomeſ. de impetrante. q. 1.

Papa poteſt etiam hodie regreſſus concedere. Pariſ. de reſig. lib. 6. q. 5. n. 108.

Papa poteſt eligere ſucceſſorem quando reipſa dignitatem transferr in reſignatarium: ſecus ſi pendente vita dignitatem retineret. Gomeſ. q. 1. de infir.

Papa mortuo rumpitur annulus, plũbum, & ſigillantur ſupplicationes quæ ſunt apud Datarium. Pariſ. de reſign. benef. lib. 11. q. 13. n. 125.

Electio Papæ ſpectat ad Concilium non ad Cardinales, maxime quando fit Papa per ceſſionem & priuationem. Molin. de infir. n. 357. 358. niſi eſſet concilium in quo ſoli deputati Papæ præſident, quod eius morte finitur. n. 359.

Electio Romani Pontificis per priuationem alterius, ad conſilium gene-

rale pertinet, per obitum verò, ad Cardinales. Gomeſ. de impetrant. q. 7.

Plures Pontifices Papatui renunciarunt & qui. Gomeſ. q. 1. de infir.

Papa poteſt renuntiare Papatui Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 5. n. 3. & lib. 2. q. 1. n. 19. Idque non obſtante voto lib. 2. q. 1. n. 19. & non obſtante iuramento lib. 2. q. 1. n. 28. & abſque cauſa lib. 5. q. 1. n. 13. Idque per Procuratorem lib. 2. q. 1. n. 23. & lib. 9. q. 2. n. 2. & per renuntiationem priuatur Papatu. lib. 1. q. 5. n. 12. renuntiat in ſuis manibus lib. 7. q. 5. n. 7. & remanet Cardinalis lib. 1. q. 17. n. 1.

Papa debet renuntiare in Conſiſtorio, Pariſ. de reſignat. lib. 8. q. 3. n. 8. & deiectus Papatu remanet Cardinalis lib. 1. q. 17. n. 2.

Renuntiatio Papatus debet fieri coram Cardinalibus. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 5. n. 4. 6.

Papa tenetur renuntiare Papatui cum conſtat eum habere vxorem. Pariſ. de reſig. lib. 3. q. 18. n. 135.

Papa ex cauſa cogi poteſt renuntiare Pariſ. de reſignati. lib. 5. q. 1. n. 17.

Papa ſimoniacus poteſt cogi renuntia-

re. Pariſ. de reſign. lib. 3. q. 18. n. 19.

Papa non tenetur renuntiare Papatui, licet id promiſit in conclaui cum iuramento. Pariſ. de reſig. lib. 3. q. 18. n. 99.

Papa in mortis articulo poteſt cōcedere breuia. Pariſ. de reſig. lib. 4. q. 10. n. 8.

Exempti ſine Papa sūt locuſtæ ſine Rege. Gomeſ. de infir. q. 6.

Papa examinat causā dādi coadiutorē in cōſiſtorio. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 20. n. 15.

Papa interficiens aliquem irregularis efficitur. Gomeſ. q. 1. de infir.

Papa lapſus in hæreſim deſinit eſſe Papa. [redacted]. de infir. n. 386.

Aliud eſt Papa & Papatus, aliud Eccleſia Romana. Oldrad. conſil. 60. [redacted]. de public. 257.

Paulus tertius ita facilis erat ad concedendas diſpenſationes, vt Papa trapezitarum vulgò vocaretur. [redacted] de public. n. 385.

Papa transformat ordines à ſe creatos, & mutat ipſas etiam fundationes regum. [redacted] de public. n. 287. 288.

Papa non eſt Dominus Eccleſiæ [redacted]. de infir. n. 128.

Quæſtuariæ artes pontificum repro-

Digitized by Google

bantur. [redacted] de infir. n. 106. & obedientia eis denegata niſi prius profiteantur ſe parituros ſanctis edictis & conſtitutionibus Regum Franciæ n.107.

DE COLLATIONE
Papæ.

CAP. 15.

PApa eſt Dominus beneficiorũ. Pariſ. de reſig. lib. 2. q. 9. n. 10. & q. 4. n. 34.

Papa ſi vellet poſſet iuri quæſito in repręiudicare, maximè in beneficijs, quia omnia mundi beneficia ſunt manualia, & obedientialia reſpectu Papalis poteſtatis. Gomeſ. reg. de iur. quæſ. q. 1.

Papa non eſt Dominus beneficiorum. [redacted]. de public. n. 276.

Papæ collatio præfertur cæteris. Pariſ. de reſignat. lib. 7. q. 11. 8.

Plenitudo papæ in beneficialibus, intelligitur de iure conferendi non priuã-

di ſine cauſa. Gomeſ. reg. de non toll. iur. q. 1.

Beneficia omnia Cardidalium licet extra Romanam curiam defunctorum, vacant in curia, nec proinde ab alio quã à ſummo Pontifice cõferri poſſunt adeo vt ex ſuperueniente Cardinalatus dignitate, qualitas ipſa beneficij immutetur. Cod. Fabrian. de ſacroſ. Eccleſ. defin. 16.

Vacatio beneficiorum in curia papæ irrepſit ſpecioſo prætextu vt citò prouideatur Eccleſijs. [redacted] de infir. n. 172. Sed nouum eſt inuentum. n. 173. 174.

Licet ſint plures reſeruationes in corpore iuris clauſæ, de quibus differit Gomeſius de annali. q. 31. tamen hæc regula loquitur de vnica reſeruatione omnium nobiliſſima, de qua fit mentio in cap. 2. de præbend. in 6. nempe beneficiorum quæ apud ſedem Apoſtolicam vel in curia ad duas diætas vacauerint: cuius reſeruationis multa sũt eáque præclara priuilegia. de quibus agit Gomeſius ibidem.

Papa confert beneficia reſignata in curia. Pariſ. de reſignat. lib. 1. q. 4. n. 63. & lib. 7. q. 14. n. 24.

Digitized by Google

Pontifices præuentionibus ſuis omnem ordinem & politiam Eccleſiaſticam perturbarunt, nec iura ab antiquis Pontificibus & concilijs ſtatuta ſeruarunt. [redacted] de public. n. 420.

Magnam confuſionem inducunt pręuentiones Papæ, impediunt enim delectum Epiſcoporum & authoritatem quam habent in permutationibus inferiores collatores. [redacted] de infir. n. 40.

Præuentio Papæ odioſa & reſtringenda. [redacted] de infir. n. 102.

Tempore decretalium non erat ius præuentionis, nec Papa ſpernebat concilium Lateranenſe. [redacted] de infir. n. 217.

Ante 400. ferè annos Papa non audebat pręuenire ordinarios, ſed nunc deſiit ſcribere Epiſcopis vt fratribus & comminiſtris. [redacted] de veriſ. n. 41.

Papa non cœpit præuenire niſi per diætas mercatorum. [redacted] de veriſ. n. 45. hac præuentione primum fit fraus canonibus de ſucceſſione in beneficijs prohibita, deinde poteſtati ordinariæ, & cum additur clauſula generalis quouis modo, augetur fraus, & ordina-

Digitized by Google

rijs præcipitur non ſolum tempus Lateranẽſis cõcilij, & tẽpus maturè deliberandi priuſquam manus imponãt, quod iuris eſt diuini, ſed etiam tẽpus maturę ſcilicet veriſimilis notitiæ. [illegible] de veriſ. n. 46. 47. 48.

Papa facilius quam ordinarius poteſt decipi in beneficijs. Pariſ. de reſig. lib. 12. q. 5. n. 3.

Melius ſubuenitur Eccleſiæ iudicio plurimorum, quàm ſolius papæ. Gomeſ. q. 1. de infir.

Dolendum eſt Eccleſiam Dei paſtoribus & prælatis paſſim & ſine delectu cõpleri, & nequiſſimos homines pecuniam Romam deferentes ornatos titulis honorificis ad ordinarios remitti cum bullis, quorum nemo inquirat an ij quos introducunt in templum Dei honeſtis ſint moribus & doctrina, timentes videlicet fiſco ſuo, nec curantes vtrum labia ſacerdotum cuſtodiant ſcientiam. Væ væ talibus Epiſcopis, quos inexhauſta cupiditas & cæca ambitio ex præſulibus transformauit in Satrapas & Reges qui mundanæ gloriæ vanitate intumeſcunt, neque ſe vt Eccleſiæ inſeruiant, ſed Eccleſiã vt eorum pompam foueat, factã

Digitized by Google

& inſtitutam eſſe arbitrantur. Hoc ita ſtomachum mouit [redacted] cenſori acerrimo vt diceret,

Papam nequiſſimos pecuniam adferentes probos predicare ſuis bullis. de infir. n. 50.

Eumque velut Deam fortunam clauſis oculis nõ digniores ſed diligentiores ditare. de infir. n. 37.

Inutilis preuentio papæ poſtea non conualeſcit. [redacted]. de infir. n. 223.

Inutilis præuentio papæ contra Cardinales numquam conualeſcit. [redacted]. de infir. n. 181.

Ius collationis ordinarij pendens impedit & ſubreptitiam reddit collationem papæ, vt in cap. ſi tibi abſenti de præbend. in 6. [redacted]. de infir. n. 71. 82. 244. Atque etiam ius ad rem. n. 73.

Si papa vel Legatus admittunt reſignationem accuſati coram ordinario criminis priuatione digni, appellari poterit veluti ob abuſum. [redacted] de infir. n. 378.

Papa poteſt recipere reſignationes habentium dignitatem. pariſ. de reſig. lib. 8. q. 7. n. 10.

Papa poteſt recipere reſignationem

in omnibus menſibus. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 11. n. 5.

Papa poteſt conferre beneficium renuntiatum coram non habente hanc facultatem. Pariſ. de reſign. lib. 8. q. 7. n. 159.

Papa ſolus confert reſignata in curia. Pariſ. de reſig. lib 2. n. 19. n. 11. & reſeruata lib. 7. q. 11, n. 34.

Papa poteſt recipere renuntiationem beneficiorũ exiſtentium vbique. Pariſ. de reſig. lib. 8. q. 7. n. 2.

Papa non poteſt inſtituere ad præſentationem laici ſibi non directam, ſed ordinario. Molin. de infir. n. 49.

Nec Papa nec Legatus poſſunt authoritatem præſtare fundationi & reſeruationi derogandi iuris patronatus, niſi patronus conſentiat preuentionem Papæ reſeruari & de hoc conſtet. Molin. de infir. n. 51. Nec præuentio Papæ conualeſcit per expreſſam ratificationem patroni, quia falſi procuratoris factum coram principe non poteſt ratificari. n 52.

Papa permittit fieri coram ſe reſignationes ſub conditione. Pariſ. de reſig. lib. 1. q. 2. n. 6.

Digitized by Google

Collatio delegatorum vel executorum Papæ, non poteſt valere iure prærogato præuentionis Papæ. [redacted]. de infir. n. 274.

Papa non poteſt rata habere concordata, in quibus de beneficio tertij non conſentientis agitur. [redacted] de infir. n. 157.

Solus Papa poteſt præficere filium loco patris, & admittere reſignationes in fauorem. [redacted] de infir. n. 38.

Papa non præſumitur mutare naturam beneficij. Pariſ. de reſig. lib. 11. q. 3. n. 95.

Papa poteſt conferre etiam beneficia vacantia in menſibus ordinariorum. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 11. n. 7.

Ordinarius omiſſo patrono conferens, tam ſuum quam patroni ius contra præuentiones Papæ conſeruat durante tempore patroni, licet præuentio in refundatione reſeruata ſit Papæ. [redacted] de infir. n. 70. 79.

Papa poteſt concedere beneficia ad tempus. Pariſ. de reſig. lib. 6. q. 5. n. 109.

Papa dat adminiſtratoribus Eccleſiarũ facultatem recipiendi reſignationes

Digitized by Google

pariſ. de reſign. lib. 7. q. 24. n. 23. & Vicario Apoſtolic . n. 24.

DE SIGNATVRIS, BVLlis et diplomatis Pontificis.

Cap. 16.

QVATVOR ſunt termini quibus Papa vtitur in prouiſionibus ſuis, prouidemus, mãdamus, prouideri prouiſum fuit, & conceſſimus prouideri: prouidet quando ipſe confert, & collationis literæ expediuntur. Mandat prouideri quando alteri mandat vt prouideat: prouiſum eſt cum authoritate Papæ vel alteri facta eſt prouiſio & literæ expeditæ ſunt & executioni mandatæ: Conceſſit prouideri quando ſubſignata eſt ſupplicatio & nondum literæ expeditæ. Gomeſ. de idiom. q. 4

In ſupplicatione reſignationis factæ in curia per Procuratorem, excogitata fuit iſta clauſula, ſi dictus reſignans extra

tra Romanã curiam iam fuerit vita functus, literæ per eius obitum cum omnibus clauſulis & modis ſupraſcriptis omiſſa reſignatione expediri poſſint: quæ tamen poſtea caſſari ſolita eſt, niſi in rebus Alemaniæ & Hyberniæ. Gomeſ. de infir. q. 39.

Papa etiam mortuo ante datam literæ poſſunt expediri. Pariſ. de reſig. lib. 10. q. 1.

Mortuo papa, qui reſignationem ſignauit, poſſunt literæ expediri, ſed papa dat literas gratiæ conceſſas per prædeceſſorem, facta mentione iſtius gratiæ, in forma rationis congruit. Pariſ. de reſig. lib. 10. q. 1.

Regula Cancellariæ vt pontifex ſucceſſor perficiat gratiam factam à prædeceſſore, quæ caſu perfici non potuit, cuius verba explicat Pariſ. lib. 10. q. 1. n. 41. 42. de reſig.

Clauſulæ generales bullarum etiamſi per obitum, vel aliàs quouis modo & ex cuiuſcunque perſona vacet, & reliquæ, non comprehendunt futuram vacationem regulæ de infirmis per obitum. Molin. de infir. n. 299. 300.

De ſtylo ſignaturæ gratiæ & iuſtitiæ

qui ſeruatur in Cancellaria Romana referendariorũ origine & officio, & effectibus ſignaturarum multa diſſerit Gomeſ. de non iudicand. q. 16. quæ quia ſunt aliena ab vſu noſtro & tritura forenſi, prætermitto.

Papa ſignat ſupplicationes Fiat vt petitur, cum prima littera nominis proprij. Pariſ. de reſig. lib. 8. q. 7. n. 21.

Papa ſignat gratias per Fiat exemplo Dei, quæ gratia præfertur, ei quæ fit per conceſſum vt petitur: ſignat autem ſupplicationes præſente Datario. At Cardinalis præfectus ſignaturæ, ſignat ſupplicationes per conceſſum, & in præſentia Papę, licet nõ pręſẽtis, quia quod fit in Palatio dicitur fieri in præſentia Papæ. Pariſ. lib. 8. de reſignat. q. 7.

Regula de ſignatura per Fiat vt præferatur cęteris, locum habet in reſignatione. Pariſ. lib. 8. de reſig. q. 7. n. 83.

Cum dicitur gratiam eſſe ſubreptitiam eo ſuppreſſo, quod ſi expreſſum fuiſſet difficilius Papa conceſſiſſet, debet intelligi de difficultate iuri vel rationi conformi, non de carnali vel ambitioſo affectu. [redacted]. de infir. n. 365.

Ius beneficij acquiritur ſola collatio-

ne etiam ſine aliqua ſcriptura: ſunt tamen literæ ſiue diplomata pontificis neceſſaria ad probationem. Duarenus lib. 6. de benefic. cap. 6.

Beneficium principum non eſt pleniſſimè interpretãdum, cum vergit in grauamen alterius: tunc enim ſtrictè accipiendum eſt. Molin. de infir n. 252.

Impetratio per ceſſum vel deceſſum, mortem ciuilem non comprehendit. Gomeſ. de infir. q. 35.

Nec bulla nec ſignatura poſt ius alij quæſitum vel poſt editionem reformari poſſunt. Molin. de infir. n. 179.

Papa non præſumitur grauare duplici onere. Pariſ. de reſign. lib. 6. q. 1. n. 29. & q. 2. n. 43.

Clauſula motus proprij etiam naturalis, nullam inducit diſpenſationem nec habilitatem. Molin. de infir. n. 437.

Bullæ Papæ vel Legati non poſſunt extendi ad futuram vacationem quæ non erat tempore bullæ. Molin. de infir. n. 53.

In beneficijs ius parti quæſitum Papa tollere non poteſt. Rebuff. in praxi.

Papa non abſoluit ab irregularitate

Digitized by Google

niſi exprimat. pariſ. de reſi. lib. 4. q. 3. n. 41.

Clauſula, miſſa tali die ſignaturis appoſita fidem non facit. [redacted]. de public. n. 270.

Literæ dicuntur expeditæ cum ſunt plumbatæ. pariſ. de reſig. lib. 10. q. 1. n. 34.

Literæ expediuntur cum clauſulis poſitis ab abbreuiatoribus. pariſ. de reſig. lib. 10. q. 1. n. 31.

Papa non cenſetur velle derogare tertio. pariſ. de reſig. lib. 6. q. 2. n. 89. lib. 2. q. 9. n. 16.

Decretum etiam in fauorem papæ appoſitum, intelligitur, ſi is vti velit. [redacted]. de infir. n. 177.

Papa videtur diſpenſare cum inhabili, ſi ſciens contulerit aut gratiam fecerit. Pariſ. lib. 4. de reſig. q. 3. n. 63.

Cauſæ de futuro non inducunt ſubreptionem. [redacted]. de infir. n. 364.

Clauſulæ motus proprij & pro expreſſis habentes, nondum natæ tempore decretalium. [redacted]. de infir. n. 259.

Digitized by Google

DE MANDATIS ET gratijs expectatiuis.

CAP. 17.

MANDATA morte papę expirāt nōobſtāte etiā fulminatione bullarū. [redacted].de infir. n. 266.

Olim Cancellaria Papæ non ſolebat admittere mandata ſuperannalia quæ iure Gallico nulla ſunt: cœpit hic abuſus tempore Sixti. 4. & Innocentij. 8. [redacted] contra paruas dat.

Mandata expediuntur ſub chorda canabis, quod cum rigore ſeruari debeant [redacted] de veriſ. n. 42.

Sufficit impetranti in genere per mandatum vel expectatiuam capacem eſſe tempore vacationis: ſed quoad beneficia expreſſa, tacitus defectus facit ſubreptionem. [redacted]. de idiomate. n. 141.

Patronus grauatus mandato, ſeſe exonerat conſentiendo mandatarium

inſtitui, nec mãdatarius debet adire ſuũ executorem, quia repulſam non tulit, ſed petere inſtitutionem ab Epiſcopo. Molin. de infir. n. 218. 219.

Gratia ad Vacatura per obitum, non habet locum in obitu ciuili, nec in naturali introducto per hanc regulam. Molin. de infir. n. 293.

Vtraque bulla gratiæ & rigoris, id eſt executoria, debet inſinuari ordinario. Molin. de infir. n. 263.

Verbum liberè in concordato loquente de parochialibus Eccleſijs, capiendum eſt reſpectu expectantium. Molin. de infir. n. 278.

Ordinarius qui dignitatem reſignatam in vim Prioris tituli recuperat, idem ordinarius eſt: ſecus ſi vi noui tituli id faciat, tunc enim denuò grauari poteſt. Molin. de infir. n. 247.

Nominati fauorabiliores mandatarijs. Molin. de infir. n. 111. 272.

Hodie nulla ſunt mandata in regno in forma pauperum, ſed vulgaria mandata ſunt in forma gratiæ. Molin. de infir. n. 256. 257. & extinguuntur adepto beneficio incompatibili: ſecus res pendet ab euentu. n. 258.

Digitized by Google

Mandatarius impetrans beneficium ſibi debitum iure ordinario, non poteſt illud defendere in vim mandati, & nihilominus mandatum extinguitur. Molin. de infir. n. 221. 222.

Mandata Papæ intelliguntur, vt regularia regularibus, ſecularia ſecularibus & eiuſdē ordinis non diuerſi, conferuntur non obſtante quauis diſpenſatione. Molin. de infir. n. 262.

Expectatiuæ locum habent in Britannia per octo menſes. Molin. de infir. n. 236.

Requiſitio ante vacationem non plus iuris confert, quàm inſinuatio. Molin. de infir. n. 232. 237. 238.

Ordinarius abſenti mandatario liberaliter conferens, nec expectata eius petitione, ſeſe exonerat. Molin. de infir. n. 253.

Mandata Pontificis reguntur ſecundum formam præſcriptam in cap. mandatum de reſcript. & in ijs electio eſt grauati. Molin. de infir. n. 250. 251. 252.

Si monaſterium non grauatur in beneficiis regularibus, regularia, non faciunt numerum vt grauetur in duobus

Digitized by Google

ſecularibus. Molin. de infir. n.211.

Collatio facta tanquam graduato inſinuato, & legitimè honorificato, ſeu, vt vocant, qualificato, non reſtringitur ad illam cauſam neceſſariam, cum aliàs ex forma collationis apparet, eo modo non poſſe valere: vt cum regulare confertur ſeculari diſpenſato ad regularia ſine clauſula, Aut aliàs idoneo: tunc enim mandatarius præfertur. Molin. de infir. n. 264. 265.

Officialis Epiſcopi executor bullarum Papæ, poteſt eas exequi etiam Epiſcopali ſede vacante. Molin. de infir. n. 271.

Verba intelliguntur ſecundum conditionem perſonæ cui datur indultum. Molin. de infir. n. 281.

Papa poteſt reſtringere vel mutare formam mandatorum, modò non lædat ius commune, nec ordinarios, licet præiudicet ordinarijs. Molin. de infir. n. 260. 261. 432.

Mãdatarius repulſus poteſt adire executorem, vel expectare pœnitẽtiam repellentis, & eius tempore lapſo adire ſuperiorem. Molin. de infir. n. 220.

Ordinarius non poteſt gratificare

Digitized by Google

mandatario vltra formam mandati, & prorogare mandatum, niſi fortè ante inſinuationem. MOLIN. de infir. n. 255.

§. Statuimus in Cōcordatis loquēs de parochialibus Eccleſijs cum habet in mandatarijs. MOLIN. de infir. n. 274.

Mandatarius tanquam de damno vitando certans iuſta ignorantia excuſatur, atque etiam errore iuris. Idem dicendum eſt de nominatis & alijs quibus beneficia ſunt debita. MOLIN. de infir. n. 446.

Mandatum ſoli prælato directum non penſionario, item inſinuatio & requiſitio à Prælato facta, penſionarium obligant. MOLIN. de public. n. 444. ſecus quando ad duos iure proprio ſpectat prouiſio. n. 445.

Clauſula in mandato pontificio apponi ſolita, per ſæculares obtineri ſolita non eſt contra formam concordati, quia in eiuſmodi mandatis nihil eſt de forma, niſi quo velius cōmune minus lædatur, vel vt minus grauetur ordinarius. MOLIN. de public. n. 438.

Non eſt facienda mentio in mandato prioris diſpenſationis, quando noua diſpenſatio non additur, niſi concedens

voluntatem mutauerit: quo caſu clauſula motus proprij, non iuuat contra veriſimilem mentem. Molin. de infir. n. 439.

In mandatis, clauſula, veſtræ vel alterius Eccleſiæ, non eſt neceſſaria quando ſcribitur Abbati vel Conuentui, quia monaſteria non habent Eccleſiam, ſed parœciæ ſubſunt. Molin. de public. n. 441. 442.

Mandatum impetratum à Monacho alterius monaſterij, nullum eſt ab initio: ſecus eſt de prouiſione ordinarij. Molin. de infir. n. 431. 438. 439. 435. 437.

Gratiæ ad Vacatura tanquam damnatæ & probatæ iure excludi debent. Molin. de infir. n. 294.

Beneficium ſpectans ad grauatum communiter cum alio, facit numerum ſubduplum. Molin. de public. n. 446.

Penſionario qui retinuit collationem beneficiorum, mandatum eſt dirigendum. Molin. de public. n. 443.

Ordinarius poteſt præuenire! Legatum qui reſignationem admiſit, & conferre mandatario. Molin. de infir. n. 440.

Mandatarius qui requiſiuit in caſu reſignationis admiſſæ per legatum, debet in caſu regulæ de publicandis iterum requirere per obitum, aliàs conſumitur mandatum. Molin. de infir. n. 441. 442. 444.

DE DISPENSATIONIbus Pontificis.

CAP. 18.

DISPENSATIONES non valent niſi literis expeditis, in Curia: ſecus extra Curiam. Gomeſ. de nõ iudic. q. 2.

Regula 53. quæ vult diſpenſationes nullas eſſe ſine literis, locum non habet in foro conſcientiæ. Gomeſ. de non iudic. q. 14.

Diſpenſatio non fit niſi exprimatur. Molin. de public. n. 439.

Papa in ijs quæ peccatum continent

diſpenſare non poteſt. Gomeſ. de impetrat. q. 1.

Papa non concedit derogationes niſi ex cauſis grauiſſimis. Pariſ. de reſig. lib. 2. q. 4. n. 44.

Diſpenſatio cenſetur in dubio reſtricta ad actum ſuper quo fit. Molin. de infir. n. 29. 161. de publicand. reſignat. n. 249.

Quanto maior diſpenſatio, tanto facilior obreptio. Molin. de public. n. 407.

Legitimatus ſuper defectu nataliũ & diſpenſatus ad dignitates, neque ad Epiſcopatum neque ad Archiepiſcopatum diſpenſatus cenſetur. Marcus part. 1. q. 1112.

Digitized by Google

DE ANNATIS Pontificis.

CAP. 19.

ANNATÆ ad auxilium Papæ & Cardinalium egentium introductæ ſunt. Gomeſ. de valore præfat. Quarum exactio mouit Alphonſum Aragonum Regem vt diceret, Harpyas non amplius inſulas incolere, ſed ex inſulis in Romanā Curiam demigraſſe, & illic ſuum domicilium conſtituiſſe. Gomeſ. de valore præfat.

Ioannes 22. magno ſcandalo totius orbis annatis viros Eccleſiaſticos grauauit, & Regnum Germaniæ à Francia diuiſit, & Italiam ab Imperio ſegregauit. Gomeſ. procem. q. 1. art. 5.

Multæ annatæ in commodum Pontificis ceſſerunt quando Epiſcopi Galli plures Epiſcopatus depoſuerunt vnico retento. Molin. de public. n. 176.

DE CARDINALIBVS.

Cap. 20.

INITIO Epiſcopi immediatè ſubſcribebant poſt Papam, deinde Presbyteri, poſtea Diaconi Cardinales, poſtea his prælati Cardinales ob poteſtatem eligendi Pontificem. Gomeſ. procem. q. 1. art. 5.

Cardinales includuntur ſub generali diſpoſitione regularum, quando apponitur clauſula cuiuſcunque ſtatus, vel nominatim adiiciuntur, non aliter vt videtur, propter excellentiam eorũ qui filij primi gradus dicuntur, vt Papa vnicus Eccleſiæ ſponſus. in Principis diademate ſcripti habentur & vnum corpus efficere cum Papa: appellantur etiã patricij & collaterales & conſiliarij Papæ, Patres ſpirituales & columnæ Eccleſiæ. Verum tamen licet prærogatiua

Digitized by Google

dignitatis plurimã attendatur in honoribus deferendis, non tamen liberat à legis vinculo, vt in Auguſta videre eſt. Non tamen cenſentur comprehendi Cardinales pœnali conſtitutione, quæ tolleret eorum preuilegia, niſi ſpecialis eorum mentio fiat. Item non comprehenduntur, conſtitutione continente ordiũ alienũ à regulis iuris communis, ſed in fauorabili, licet eorum mentio non fiat, Gomeſ. procœm. q. 4.

Cardinales ſine licentia Papæ recedere non poſſunt, & habent alas ligatas, & faciunt contra naturam ſui officij ſi ſe vel paulatim ſubtrahant à latere principis. Gomeſ. de impetrant. q. 17.

Iuuandi ſunt Cardinales fauorabili interpretatione priuilegiorum vt procliuiores reddantur ad ſubeundas impenſas. Gomeſ. de impetrant. q. 6.

Cardinales in ſuis titulis habent correctionem & iura Epiſcopalia. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 12. n. 10.

Cardinales accipientes panem honoris ex Palatio Apoſtolico, nõ tamen dicuntur familiares Papæ. Gomeſ. de impetranti. q. 13.

Soli Cardinales dicũtur Legati à latere,

reliqui nuntij. Gomeſ. de infir. q. 3.

Cardinalis in curia reſidens præfertur in honoribus Cardinali Legato. Gomeſ. de non iudicand. q. 16.

Cardinalis præſens reputatur dignior abſente. Gomeſ. de impetrant. q. 17. & excuſatur à reſidentia in ſuis beneficijs quòd aſſiſtat Papæ. ibid.

Cardinales reſidentes in Curia æquiparantur ſtellis fixis, quæ non mouentur niſi motu orbis, vt Cardinales niſi motu Papæ. Gomeſ. de impetrant. q. 17.

Benedictus 12. multa conſtituit in fauorem Cardinalium quæ leguntur apud Gomeſ. de impetran. præfe.

Propter fauores Cardinalium Prælati procurant per ſaxa, per ignes fieri Cardinales. Gomeſ. de ſubrogandi. q. 15.

Baſtardi non poſſunt eſſe Cardinales. Gomeſ. de trienn. q. 2. vt ſunt omnium iurium ſpiritualium incapaces. ibid.

Cardinales æquiparantur Præfectis prætorio, & ideo illuſtres appellantur, & habent merum imperium. Gomeſ. de valore. q. 1.

Cardinalatui poteſt renuntiari. Pariſ. de reſig.

Digitized by Google

de reſig. lib. 2. q. 1.

Cardinales ex omni natione eligi debent, vt cuilibet nationi iuſtitiam adminiſtrent : Sed tamen ex Germania non eliguntur, ne ſecreta Eccleſiæ imperatoribus aperiant. Gomeſ. de idiom. q. 1.

Cardinalis cum abeſt non dicitur illuſtris, ſed ſpectabilis, & æquiparatur Proconſuli. Gomeſ. de valore. q. 1.

Cardinalatus cum Epiſcopatu eſt incompatibilis. Pariſ. de reſig. lib. 3. q. 2. n. 73.

Digitized by Google

DE INDVLTIS CARDI-nalium, & Curiæ Pariſienſis.

CAP. 21.

CARDINALES habent indulta conferendi beneficia. Pariſ. de reſign. lib. 7. q. 12. n. 25.

Cardinalium indulta capiunt beneficia patrimonialia. Pariſ. lib. 2. q. 12. n. 6.

Cardinales Epiſcopi poſſunt recipere reſignationes. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 2. n. 7.

Cardinales poſſunt recipere renuntiationes in Epiſcopatibus & Abbatijs quas retinent in commendam. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 12. n. 21. Item poſſunt conferre Cardinales Presbyteri. n. 9. & 5. & 8.

Papa non concurrit cum ordinarijs Cardinalibus. Molin. de infir. n. 165. 168. 182.

Induta Cardinalium ſingulis data ſunt,

non vt collegio, ſed compactum collegio datum: itaque intelliguntur, ſi ijs vti velint. Molin. de infir. n. 180. 181.

Indulta Cardinalium non egent notificatione, & ſunt fauorabilia. Molin. de infir. n. 193. 197. 215.

Compactum factum fuit in conclaui electionis Pauli 4. ne Papa poſſet indultis Cardinalium, nec regulæ de infirmis eorum reſpectu derogare. Molin. de infir. n. 163. 166. 187. 188.

Indulta Cardinalium nec mandata nec nominationes impediunt, nec habent locum in ſpectantibus ad Cardinales iure deuoluto: ſed excludunt Papam etiam in menſibus ei reſeruatis in Britannia & patria obedientiæ. Molin. de infir. n. 201.

Compactum factum ne Papa poſſet derogare indultis Cardinalium, & regulæ de infirmis eorum reſpectu derogare, fauorabile eſt. Molin. de infir. n. 210.

Ab his indultis Cardinalium excipitur ſola reſignatio facta in manu Papæ. Molin. de infir. n. 202.

Cardinalis non poteſt conferre vi in-

Digitized by Google

dulti,illo non expedito. Pariſ. lib. 7. q. 21. n. 22.

Ordinarius habet ſexdecim menſes, reſpectu beneficiorum quæ ſunt Patronatus laici, liberos contra Papam & Legatos ſi fuerit Cardinalis. Molin. de infir. n. 217.

Cardinalis habens inſtitutionem, non poteſt præueniri à Papa etiam intra primum ſemeſtre patroni Eccleſiaſtici nō Cardinalis. Molin. de infir. n. 215. nec intra ſecūdum ſemeſtre ſuæ deuolutionis. n. 216. nec eſt abſurdum vt Ordinarius habeat duo ſemeſtria contra Papam & Legatum. n. 217.

Legatus poteſt derogare regulæ de infirmis in præiudicium indulti Curiæ, quod tamen obtinet niſi grauatus ſit Cardinalis. Molin. de infir. n. 230. 231.

Cardinales non ſubijciuntur legi annatarum. Gomeſ. de valore præfat.

Appellans Cardinalis velut abuſus causâ, non impeditur vti ſuo iure. Molin. de infir. n. 202.

Cardinales renuntiantes Epiſcopatui retinent facultatem conferendi in menſibus Papæ ex indulto. Pariſ. de

reſig. lib. 7. q. 12. n. 24.

Papa concedens Cardinali, vt conferat beneficia reſeruata, dupliciter reſeruata conferre poterit. Gomeſ. de impetrat. q. 15.

Cardinales poſſunt conferre vacantia in ſuis beneficijs. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 12. n. 22.

Cardinales non conferentes beneficia reſignata intra menſem, ſunt priuati poteſtate conferendj. Pariſ. de reſig. lib. 11. q. 2. n. 8.

Paulus tertius indultum dedit Curiæ Pariſienſi, quod præfertur indultis Cardinalium. [redacted]. de infir. n. 228. 229.

Indultum Curiæ extenditur ad ordinarios exteros pro beneficiis in regno ſitis. [redacted] de infirm. n. 281.

Indultum Curiæ comprehendit conuentualia collatiua. [redacted] de infir. n. 282.

§ Statuimus, in concordatis loquens de parochialibus Eccleſiis, locum habet etiam in nominatis Curiæ vel mandatariis. [redacted] de infir. n. 274.

In indultis excipiuntur reſignata in manu Papæ: ſed non excipitur caſus quo ea reſignatio etiamper hâc regulam

vel alias reſoluitur iure communi. [redacted] de infir. n. n. 164. 165. 181.

Olim Curia Pariſienſis vti noluit indulto ſibi à Pontifice conceſſo, quod Eugenius quartus depoſitus & damnatus in Concilio Baſilienſi, numquam fuit reſtitutus: nec tempore quidem Anglorum voluit parere iſti Pontifici, vt nec Anglorum Regi quamquam tunc dominanti. [redacted]. de infir. n. 225. 226. 227. Et Carolus VII. vetuit omnibus prælatis regni ne Ferrariã, aut ad aliud Cõcil. Eugenii ſe cõferrẽt. n. 227.

Legatus poteſt derogare regulæ de infirmis in præiudicium indulti Curiæ, quod tamen obtinet niſi grauatus ſit Cardinalis. [redacted]. de infir. n. 230. 231.

Abſurdum eſt collegia non grauari indulto Curiæ niſi ſemel per centum annos. [redacted]. de infir. n. 240. Itaque Henricus ſecundus Rex noſter decreuit vt ſemel viuente Rege grauari poſſent. Molin. de infir. n. 240. 241.

Papa promitit indultum Curiæ, niſi Ordinarius ſit Cardinalis. [redacted] de infir. n. 237.

Pluribus beneficiis ſimul vacantibus, non datur electio nominato Cu-

riæ, ſed grauato, modo non conferat beneficium minoris valoris quàm ducentarum librarum. [redacted]. de infir n.249.

DE LEGATO SVMMI Pontificis.

Cap. 22.

POTESTAS Legati temporaria & extraordinaria eſt. [redacted] de public. n. 258.

Iuriſdictio Legati eſt odioſa, extraordinaria, & ſuperinducta, & minuit iuriſdictionem ordinarij. Gomeſ. de valore. q. 2.

Papa non poteſt mittere Legatum in Franciam ſine permiſſu Regis. Molin. de infir. n. 198.

Legatus Papæ nihil poteſt in regno abſque Regis permiſſu & Senatus authoritate. Molin. de infir. n. 340.

Legati Pontificij poteſtas accipienda eſt ex quo is à Rege exceptus eſt. Lucius lib. 1. placit. tit. 4. cap. 4.

Quoties Legatus aliquid facit vltra

Digitized by Google

vel alias reſoluitur iure communi. [redacted] de infir. n. n. 164. 165. 181.

Olim Curia Pariſienſis vti noluit indulto ſibi à Pontifice conceſſo, quod Eugenius quartus depoſitus & damnatus in Concilio Baſilienſi, numquam fuit reſtitutus: nec tempore quidem Anglorum voluit parere iſti Pontifici, vt nec Anglorum Regi quamquam tunc dominanti. [redacted]. de infir. n. 225. 226. 227. Et Carolus VII. vetuit omnibus prælatis regni ne Ferrariā, aut ad aliud Cōcil. Eugenii ſe cōferrēt. n. 227.

Legatus poteſt derogare regulæ de infirmis in præiudicium indulti Curiæ, quod tamen obtinet niſi grauatus ſit Cardinalis. [redacted]. de infir. n. 230. 231.

Abſurdum eſt collegia non grauari indulto Curiæ niſi ſemel per centum annos. [redacted] de infir. n. 240. Itaque Henricus ſecundus Rex noſter decreuit vt ſemel viuente Rege grauari poſſent. Molin. de infir. n. 240. 241.

Papa promitit indultum Curiæ, niſi Ordinarius ſit Cardinalis. [redacted] de infir. n. 237.

Pluribus beneficiis ſimul vacantibus, non datur electio nominato Cu-

riæ, ſed grauato, modo non conferat beneficium minoris valoris, quàm ducentarum librarum. Molin. de infir n. 249.

DE LEGATO SVMMI Pontificis.

Cap. 22.

POTESTAS Legati temporaria & extraordinaria eſt. Molin. de public. n. 258.

Iuriſdictio Legati eſt odioſa, extraordinaria, & ſuperinducta, & minuit iuriſdictionem ordinarij. Gomeſ. de valore. q. 2.

Papa non poteſt mittere Legatum in Franciam ſine permiſſu Regis. Molin. de infir. n. 198.

Legatus Papæ nihil poteſt in regno abſque Regis permiſſu & Senatus authoritate. Molin. de infir. n. 340.

Legati Pontificij poteſtas accipienda eſt ex quo is à Rege exceptus eſt. Lucius lib. 1. placit. tit. 4. cap. 4.

Quoties Legatus aliquid facit vltra

Digitized by Google

facultates datas vel receptas, licet appellare veluti ob abuſum. Molin. de inſir. n. 186. 204.

A Legato ſuis facultatibus ad quæſtum abutente poteſt appellari veluti ob abuſum. Molin. de inſir. n. 425.

Legatus à latere duplicem habet facultatem, vnam iure legationis, alteram ex ſpecialibus facultatibus. Molin. de veriſ. n. 7.

Legati à latere non poſſunt recipere reſignationes in fauorem. Pariſ. lib. 7. q. 13. n. 17. Nec conferre reſeruata lib. 7. q. 11. n. 37. Nec committere receptionem reſignationis & collationis, lib. 7. q. 13. n. 17. Nec concedere facultatem conferendi penſionem, lib. 6. q. 4. n. 15.

Legatus non poteſt admittere reſignationes in fauorem in hoc regno. Molin. de inſir. n. 184. itaque reſignatio in fauorem etiam tacita, non valet in manibus Legati, maximè ſi clauſulas inſolitas & accerſitas habeat, quæ arguunt fraudem. n. 185. 186.

Legatus ſi poſſit admittere reſignationes in fauorem, non tamen eas quibus adiicitur clauſula. Niſi reſignata-

Digitized by Google

rius admittat, irrita eſto. Molin. de veriſ. n. 104.

Legatus etiamſi poſſit admittere reſignationes in fauorem, id tamen facere non poteſt retẽta penſione vel alio onere, niſi id in mandatis habeat. Molin. de public. 290.

Legati licentia Papæ abſentes ſimiles ſunt planetis qui mouentur motu proprio nutu Dei, ſicut Legati nutu Papæ. Gomeſ. de impetrat. q. 17.

Legatus in curia poteſt beneficia ſuæ prouinciæ conferre & reſeruare. Gomeſ. de non iudic. q. 3.

Aduentus Legati in prouinciam non debet ſeruire fraudibus augendis. Molin. de public. n. 25.

Legati à latere non poſſunt concedere regreſſus. Pariſ. lib. 6. q. 5. n. 16.

Clauſula noua (quatenus abſens à Pariſiis) in ſignatura Legati derogante huic regulæ poſita, ſed in bulla omiſſa, reddit eam ſuſpectam. Molin. de infir. n. 426. 427. Et tunc non poteſt Legatus conferre per obitum iſta vice. n. 428. 429. Et poteſt reſignatarius ſe defendere contra prouiſum per obitum ab eodem Legato, ſed non contra pro-

uiſum à Papa vel ordinario n. 430.

Legatus vel eius datarius decipiens tenetur ad damna, & ad quod intereſt. Molin. de infir. n. 431.

Legati à latere reuocati geſta ante notitiam reuocationis valent. Pariſ. lib. 9. q. 25. n. 23. lib. 7. q. 24. n. 35.

Legatus à latere non habet poteſtatem beneficia conferendi niſi vt delegatus, & vel ignorans reuocari poteſt. Molin. de infir. n. 190. 193. 197. 195. 196. 197.

Legatus non poteſt vti præuentione in præiudicium nominatorum vel graduatorum. Molin. de infir. n. 450. ſed ſolus Papa, qui tamen poſteaquam vnus graduatorum requiſiuit ab Ordinario, non poteſt amplius etiam per viam gratificationis graduato legitimè qualificato conferre. n. 451.

Legatus non habet officium, vt aiunt, formatum, ſed extingui poteſt morte vel reuocatione Legati, neque vacationi aut collationi obnoxium eſt. Molin. de infir. n. 188. 190

Legatus non poteſt conferre graduatis, quia non poteſt tollere gratificatio-

nem Ordinariorum quam non habet. Molin. de infir. n. 449.

Aliud eſt Epiſcopus Auenionenſis, aliud gubernator, aliud Legatus, aliud facultas conferendi beneficia intra illud territorium Papæ, aliud facultas extra illud territorium. Molin. de infir. n. 189.

Legati à latere poteſtas limitatur in hoc regno, nec poteſt præuenire Ordinarios, niſi per vulgares diætas, & non per curſores. Molin. de infir. n. 139. 140.

Legatus non poteſt ſubdelegare ad conferenda beneficia in hoc regno, licet id habeat à Papa. Molin. de infir. n. 192.

Vacantia apud Legatũ non dicuntur vacare in eius curia. n. 286. de infir.

Qui ita diſpenſatus eſt à Pontifice, vt ordinarius ei poſſit conferre beneficium regulare, Legatus ei poteſt commendare, nonobſtante reſtrictione facultatum. Molin. de veriſ. n. 8.

Legatus dat gratias de vacãtibus, vacaturis, & motu proprio. Gomeſ. de valore q. 2.

Legatus nihil poteſt contra indulta

Digitized by Google

Cardinalium. Molin. de inſtr. n. 202.

Legatus non poteſt vti præuentione in præiudicium nominatorum vel graduatorum, ſed ſolus Papa, qui tamen poſteaquam vnus graduatorum requiſiuit ab Ordinario, non poteſt amplius, etiam per viam gratificationis graduato legitimè qualificato conferre. Molin. de inſtr. n. 451.

Digitized by Google

DE EPISCOPO SEV OR-dinario Collatore.

CAPVT 24.

DIGNITAS Epiſcoporum maior eſt Cardinalatu ſaltem reſpectu ordinis, & Epiſcopi dicuntur habere culmen dignitatis, Cardinales autem non dicuntur habere dignitatem, ſed officium. Itaque olim Epiſcopus poſtulabatur ad Cardinalatum, & tunc dicebatur deſcendere. Gomeſ. de valore. q. 1.

Epiſcopi nulla tenentes, & Comites Palatini, abuſiue tantum ducũtur Epiſcopi. Gomeſ. de annali. q. 47. & habere nomina ventoſa. ib. vt Rex Scacorum. ib.

Epiſcopus iure communi fundatur in libera collatione omnium beneficiorũ. Molin. de infir. n. 62.

Collatio ordinarij fauorabilis eſt. Molin. de infir. n. 103. 541.

Digitized by Google

In dubio fauorabilior eſt collatio ordinarij propter ambitionem & odium currentiũ Romam. Molin. de veriſ. n. 79.

Ordinarius certat de damno vitando, ideóque præferendus eſt Legato de lucro certanti. Molin. de infir. n. 196.

Ordinarii dicuntur prouidere Eccleſiæ, Papa vero & Legati perſonis. Gomeſ. de valore. q. 2.

Regius Procurator impedire poteſt ne præſentati ſpretis ordinariis currant Romam. Molin. de infir. n. 50.

Ordinarius ea tantum beneficia conferre poteſt quæ iure & facto vacant. Gomeſ. de infir. q. 18.

Prouiſiones ordinariorum ſunt limitatæ, pontificis autem nullo certo iure tenentur. Molin. de infir. n. 39. 75. 181. 368.

Ordinarius non poteſt admittere reſignationem limitatè & ad tempus. Pariſ. de reſig. lib. 8 q. 7. n. 15. Nec in collatione apponere clauſulam non obſtante. lib. 8. q. 9. n. 62.

Ordinarius poteſt conferre beneficium ſub conditione ſi vacat, etiam ignoranti vacationem. Gomeſ. de veri-

Digitized by Google

ſimili. q. 1. Item poteſt conferre beneficium verè vacans licet non vacare ipſe exiſtimaret. ib.

Ordinarii poſſunt recipere renuntiationem beneficiorum reſeruatorum, non tamen illa conferre. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 11. n. 32. lib. 2. q. 3. n. 103.

Ordinarius non poteſt conferre beneficium litigioſum apud eum renuntiatū. Pariſ. de reſig. lib. 2. q. 3. n. 102.

Si reſignatio probetur aliter nulla, non impeditur Epiſcopus rurſus conferre per obitum. Molin. de infir. n. 93.

Ordinarius non poteſt beneficium regulare alterius ordinis, licet eiuſdem regulæ monacho conferre. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defi. 77.

Non licet Epiſcopo de beneficijs negotiari. Molin. de infir. n. 32. 84. 99.

Nundinatores & negotiatores Chriſtus è templo eiecit. Molin. de infir. n. 167.

Franciſcus Rohanus beneficia plus licitanti addicebat. Molin. de infir. n. 102. 115.

Ordinarius poteſt præuenire Legatū qui reſignationem admiſit, & conferre mandatario. Molin. de infir. n. 440.

Vicarius Epiſcopi niſi habeat generale mandatum ad conferenda beneficia & reſignationes admittendas, non poteſt admittere reſignationem puram eius qui crimen aliquod commiſit priuatione beneficii dignum. Molin. de infir. n.373.

Ius collationis ordinarii pendens impedit, & ſubreptitiam reddit collationē Papæ vt in cap. ſi tibi abſenti de præbend. in 6. Molin. de infir. n 72.82.244. Atque etiam ius ad rem. n.73.

Ordinarius poteſt vti clauſula vel alias quouis modo, & cuiuſcunque perſonæ. Molin. de publicand. n. 200. 327. 346.

Ordinarius ſex menſes habet poſt menſem Papæ lapſum. Molin. de infir. n.169.

Imò valet collatio ordinarij infra illum menſem facta morante Papa n.169. 175.176.178. & ſi Papa ſua culpa fuerit impeditus, tempus nō currit ordinario. n.117.

Vacantia in curia poſt menſem Ordinarius non ſolum per ſe, ſed etiam per vicariū liberè conferre poteſt. Molin. de infir n.182.

Ordinarius nihil poteſt contra reſignantem

gnantem in fauorem, niſi actus iuriſdi-ctionis. Molin. de infir. n. 205.

Si Papa vitioſe conferat, collatio ordinarij nō impeditur. Molin. de infi. n. 178.

Ordinarius tenetur de euictione, cum temerè confert. Molin. de infir. n. 88.

Epiſcopus debet alimēta Presbyteris, donec beneficia illis contulerit. Molin. de infir. n. 88.

Epiſcopus poſt lapſum tempus patroni, non confert iure deuoluto, ſed libero. Molin. de infir. n. *64.65.66.* Tamen Epiſcopus pendente tempore patroni, grauari non poteſt, nec cogi conferre ante illud tempus. n. *66.*

Archiepiſcopus nullam habet poteſtatem in ſubditos ſuffraganei, niſi in caſu appellationis. Molin. de infir. n. *67.*

Ordinarii collatores tenentur annotare quo die prouiſiones impetrantibus traditæ fuerint. Edict. Henric. 2.

Collatio ordinarii infra menſem expectantium facta infirmatur, ſi ij quorum intereſt conquerantur. Molin. de infir. n. *61.* 81. 175. 181.

Ordinarius poteſt prorogare tempus conceſſum patronis ad preſentandum. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. *29.*

G

Si infirmus reſignat ſimpliciter, Ordinarius intra ſex menſes libere conferre poteſt. Molin. de infir. n. 30.

Ordinarius poteſt conferre vacantia per extrauagantem execrabilis, nec appoſitio manus Papæ in Gallia locum habet. Molin. de veriſ. n. 67. 68. Nec inutilis præuentio Pontificis nocet ordinario. n. 68. 69.

Epiſcopus non poteſt facere contra liberam ſuam collationem. Molin. de infir. n. 68.

Collatio præbendarum communis eſt Epiſcopo & Capitulo ſuo: ſed Epiſcopi Franciæ præſcripſerunt eam contra ſua Capitula, ad quæ non fit amplius deuolutio ab Epiſcopo ſuo. Molin. de infir. n. 75.

Vetus eſt mos Eccleſiæ Carnotenſis, vt Epiſcopus & Capitulum ſimul conferant. Molin. de infir. n. 76.

Epiſcopus non poteſt in eodem caſu & vacatione variare. Molin. de veriſimili. n. 92. 97.

In reſignatione in fauorem poſt menſem ab admiſſione Papæ poteſtas reuertitur ad Ordinarium, non obſtante re-

Digitized by Google

ſeruatione vel prouiſione Papæ. Molin. de infir. n. 20. & 21.

Beneficium regulare poteſt ab Epiſcopo conferri, ſi Ordinarius regularis fuerit in mora prouidendi. Cod. Fabr. defi. 77. de ſacroſ. Eccleſ.

Ordinarius poteſt conferre illi cui renuntians voluerit. Pariſ. de reſig. lib. 9. q. 9. n. 10.

Ordinarius poteſt conferre ex permutatione, ſi ſit vtilis Eccleſiæ. Inferiores ſiquidem collatores admittunt permutationes in Gallia. Molin. de infir. n. 39. 40.

Reſignante extra curiam mortuo, ordinarii conferre poſſunt liberè, nec collatio iſto caſu ſolius Pōtificis eſt. Gomeſ. de infir. q. 33.

Eccleſiæ parochiales Apoſtolica ſede vacante, per ordinarios conferuntur etiamſi in curia vacent. Marc. Part. 1. q. 1387.

Beneficium quando ſemel apud curiā vacauit, conferendi poteſtas redit ad ordinarium, cum prouiſio Apoſtolica nō valeat propter ſubreptionem literarum. Marc. Part. 2. q. 138.

Digitized by Google

DE COLLATIONE *quæ ſit iure deuoluto.*

CAP. 24.

COLLATIO iure deuoluto, non valet niſi poſt tempus deuolutionis, & eâ causâ expreſſa. [redacted]. de infir. n. 97

Conferentes iure deuoluto ijſdem perſonis conferre tenentur. [redacted]. de infir. n. 220.

DE COLLATIONE *Capituli.*

CAP. 25.

CAPITVLVM ſede vacante poteſt recipere renuntiationem beneficiorum ſpectantium ad collationem ipſius Epiſcopi. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 23. n.

Digitized by Google

37. & præſtare authoritatem permutantibus. n. 31. & committere alteri reſignationem beneficiorum. n. 34. ſed non præſcribere facultatem recipiendi reſignationē. n. 44. & tota quæſtione.

Capitulum ſede vacante poteſt inſtituere præſentatum. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 23. n. 33.

Capitulum ſede vacante non poteſt recipere permutationes beneficiorum ſpectantium ad collationem Epiſcopi tantum. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 13. n. 38.

Capitulum ſede vacante non poteſt conferre beneficia quæ vacant per renuntiationem. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 23. n. 19.

Prohibetur Capitulis adhibere cauſæ cognitionem in collationibus præbendarum. Molin. de infir. n. 40.

Capitulum cum Epiſcopo recipit renuntiationem cum collatio & deſtitutio ſpectat ad vtrumque. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 13. n. 3. & q. 22. n. 39.

Capitulum habens facultatem inſtituendi & deſtituendi poteſt recipere renuntiationem beneficii. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 23. n. 5. Hoc autem non poteſt

facere plena ſede. lib. 7. q. 23. n. 1.

Capitulum ſede vacante habens ex conſuetudine ius conferendi, poteſt etiam facere ſpectãtia ad ſolũ Epiſcopũ. Pariſ. de reſig. lib. 7. q. 23. n. 40.

DE COLLATIONE Laici.

CAP. 26.

IN beneficiis quæ ſunt collationis laicæ non ſeruãtur iura Pontificia, ſed leges regni, & Domini dant ius ad vacatura. Molin. de infir. n. 419.

Beneficia ſpectantia ad collationem laici, non ſunt propriè Eccleſiaſtica, nec his poteſt Cura Parochialis annecti, exceptis beneficiis quæ ſunt regaliæ Regis. Molin. de infir n. 417. 420. 418. 419.

Digitized by Google

DE REGALIA.

Cap. 27.

SEnatvs Pariſienſis cognoſcit etiam de petitorio beneficiorum vacantium in Regalia per totum Regnū Molin. de infir. n. 421.

Durante Regalia poteſt Rex expedire permutationes & reſignationes in fauorem, & penſiones creare. Molin. de infir. n. 422.

DE CANCELLARIA ROmana, eius præfecto & miniſtris.

Cap. 28.

CAncellaria eſt organum Papæ. Pariſ. lib. 3. de reſignati. q. 6. & ideo quæ fiunt in Cancellaria vel camera dicuntur fieri in conſiſtorio Papæ & notarij conſti-

tuti ad excipiendas reſignationes repręſentant perſonā Pontificis. Pariſ. de reſig. lib. 9. q. 26.

Quæ in cancellaria fiunt, in conſiſtorio Papæ fieri cenſentur. Gomeſ. de triennali. q. 7.

Cancellaria erat inſtituta tempore Lucii. 3. Gomeſ. quæſt. 1. procœm. art. 2.

Cancellariæ ſtylus facit ius. Gomeſ. de impetranti. q. 6.

Stylus Cancellariæ modo eſt albus, modo niger, & quotidie mutatur pro varia opinione datarij, Auditorum rotæ & Abbreuiatorū. Caſſad. deciſ. 7. de reſcript.

Sunt in Cācellaria referendarii gratiæ vel iuſtitię, ſcilicet iuriſperiti cardinales, vel alij prælati, qui vident poſtulata ſupplicum, & iuſtis libellis nomen tanquam ſignum, apponunt ſuum, vt ſcribit Octauius Veſtrius. lib. 1. cap. 3.

Sūt etiam abbreuiatores minoris parci qui ſollicitatoribus expeditionum remittere ſolent aliquid eius quod taxatum eſt, & receptis pecunijs taxationis remittūt diploma ad abbreuiatores minoris parci. Sunt & ſollicitatores Apo-

ſtolici qui Iānizer'j dicuntur, ſcriptores Archiuij, cubicularij, ſcutiferi, ripari, qui ex taxatione diplomatum partem aliquam capiunt, plumbatores, notarij ſeu regiſtrarores, de quibus & eorum officio Octauianus Veſtrius lib. 1. introductionis in aulæ Romanæ actionem & iudiciorum mores, & cap. 4. meminit expeditorum cōtradictarum, qui expediunt in cancellaria proprio officio diplomata quæ iuſtitiam ſpectant.

Sunt etiam in Curia Romana Protonotarij, quos Clemens primus inſtituit muro. 7. ad res Martyrum diſcribendas, vt ſcribunt Damaſus & Platina in Clemente, & qui ſeptem regiones vrbis diſtribuit, vnde regionarij dicti ſunt: quæ geſta quòd ſcrinijs Eccleſiæ ſeruarentur, ſcriniarij dicti ſunt. Ceſſante perſecutione res Eccleſiæ ſcribere cœperunt, & Apoſtolicæ literæ, & ad differentiam aliorum notariorum dicti ſūt protonotarij, quorū Decanus dictus eſt primerius vel protoſcriniarius. Sed extraordinarij ſine numero 7. à ſūmo Pōtifice gratuitò curantur, qui dignitatis priuilegijs gaudent ſine aliis commo.

dis, vt ſcribit Polydorus Virgilius. lib. 4. de inuent. rerum cap. 11.

Notarii primi inſtituti ad res martyrum deſcribendas, deinde ad ſcribēdas res alias Eccleſiæ, item ad ſcribendas literas Apoſtolicas. Gomeſ. q. 1. procem. art.

Notarij qui nunc Protonotarii dicũtur, olim Scriniarii dicti ſunt. Gomeſ. quæſt: 1. procem. art. 2. & 3. item Regionarii. art. 3.

Protonotarii, primi notariorũ & horum princeps, primicerius d ctus cui dabatur dat ndi facult s.

Cancellariæ præfectus non dicitur Cancellarius, quia ſolus Papa Cancellarius eſt, qui cum Deo facit vnum conſiſtorium: ſed tantum appellatur Vicecancellarius. Gomeſ. procem. q. 1. art. 5.
13. Vicecancellarius tēpore Ioannis 22. reatus. Gomeſ. quæſt. 1. procem. art. 2.

Vicecancellarius tenet adminiſtrationem iuſtitiæ, regularum Apoſtolicarum & cõſtitutionum tutelam & cuſtodiam. Gomeſ. procem. q. 1. art. 5.

Vicecancellarius eſt miniſter & cu-

Digitized by Google

ſtos regularum cancellariæ. Gomeſ. quæſt. 1. procem. art. 2.

Vicecancellarius numquam dictus fuit ſcriniarius. Gomeſ. q. 1. procem. art. 2. 3. ſed aliquando Bibliothecarius. art. 3.

Vicecancellarius non habuit initio dignitatem. Gomeſ. procem. q. 1. art. 3. Habere cœpit tempore Bonifacii 8. qui eum creauit Cardinalem. ib. Anteà vnà cum notariis aſſiſtebat in camera Papæ. ib. & erat primus poſt Cardinales. ib. Cardinalis factus non habuit amplius menſam communem. ib.

Officiales Papæ ſoliti ad menſam Vicecancellarij comedere. Gomeſ. prœm. q. 1. art. 3.

Licet Cācellarius antiquior ſit Vicecancellario, hic tamen propter principatum iuſtitiæ eminentior eſt. Gomeſ. procem. q. 1. art. 5.

Datarius non facit gratiam, ſed Papa. Pariſ. de reſig. lib. 9. q. 25.

Datarius repræſentat perſonam principis. Pariſ. de reſignati. lib. 11. q. 13. n. 117.

Sub Vicecancellario in Cancellaria plures perſonæ, Abbreuiatores maio-

ris parci, quorum munus eſt ex ſupplicis libello ſignato diplomata ſeu literas ſignare, quorum dictaturam minutam vocant: ſcriptores qui dictaturam in forma literarum conſcribunt, reſcribendarij qui traxãt ſcriptorum mercedem.

Camera aliud eſt quam Cancellaria, nam alia tractat quæ non conceduntur Cancellariæ, ſiquidem ibi fiunt expeditiones negotiorum per expreſſum iuſſum ſũmi Pontificis, & ſigno crucis per eum appoſito. Dicta eſt Camera Apoſtolica, quod ſit audientia Pontificis domeſtica, in qua ipſe tractat negotia.

Camerarius Papæ recipit & cuſtodit bona, & iuriſdictionem exercet contra omnes debentes Cameræ, & Papatu vacante nihil ab eo recipiunt Cardinales: Cuius quoque officium eſt diſtribuere pauperibus, ſed hodie male ſeruatur. Gloſ. pragmat. de cauſ. in verb. Camerarium. De auditore cameræ Apoſtolicæ. Marc. part. 1. 985.

Camerarius præeſt ærario & patrimonio Eccleſiæ. Gomeſ. procem. q. 1. art. 5.

Auditorum Iudex Camerarius. Gomeſ. procem. q 1. art. 3.

Digitized by Google

Eſt & Clericus ſacri Senatus, qui in camera Apoſtolica iura & prouentus Cardinalib⁹ deſignat, & alia quæ ipſos Cardinales tangunt tuetur & defendit, vt ſcribit Octauius Veſtrius.

Secretaria item aliud eſt à Camera, in qua Innocentius 6. introduxit collegium 32. ſecretariorum Apoſtolicorum, qui ante ipſum erant ſecretarij Papę domeſtici, & per hos in ſecretaria fiunt expeditiones de rebus fidē ac rēp. cōcernētibus tātū, aut Reges & Principes ciuitates. Cardinales abſentes Epiſcopos. I. itē de rebus gratiæ & iuſtitiæ, & mixtis: quæ expeditiones olim quidē plūbeis, imaginib⁹ ſigillabātur, nūc autē annulo piſcatoris, vel ſub ſigillo breuiori, vnde & breuia Apoſtolica dicūtur. In iſto collegio ſecretariorū sūt & sūmiſtæ, quorū numero 9. eſt quædā quę alibi cōceduntur, & quæ debent à ſecretarijs non à notarijs cameræ vel cancellariæ regiſtrari, diſcernere, & diſcreta ſcretariis remittere. Cuiuſmodi ſunt literæ, facultates indultorum, conſeruationum, diſpenſationum, abſolutionum conſeruatoriæ, indulgentiæ, exemptionis, donationis, infeudationis, legationis, regi-

minis, gratiarum ad vacatura beneficia, non tamen ad vacantia.

Pœnitentiarius debet eſſe Cardinalis, & officium eius morte Papæ non expirat. Gloſ. pragmat. de cauſ. in verbo pœnitentiarium.

Pœnitentiariis grauia negotia committebantur. Gomeſ. q. 1. art. 4. procem.

Maior Pœnitentiarius præponitur curæ fori pœnitentiæ. Gomeſ. procem. q. 1. art. 5.

Cardinales non dedignati ſunt exercere officium pœnitentiariæ. Gomeſ. q. 1. art. 4. procem.

Pœnitentiario effecto Cardinali ceſſauit honor iſtius officii. Gomeſ. q. 1. art. 4. procm.

Prior Pœnitentiariorum S. Petri geſtare ſolebat mitram & rochetum Papæ. Gomeſ. q. 1. art. 4. procem.

Rotæ authoritas communi opinioni præfertur, quia eſt fons Canoniſtarum. Gomeſ. procem. q. 2.

In Rota cauſæ diſceptãtur ſcriptis non verbo, vt tempus redimatur. Gomeſ. q. 1. art. 3.

Auditores Rotæ primi gradus co-

Digitized by Google

gnoſcebant de prima inſtantia, ſecundi de cauſa appellationis. Gomeſ. procœm. q.1.art.3.

DE REGVLIS CANCELlariæ in genere.

CAP. 29.

IOANNES 22. auctor eſt regularũ cãcellariæ vt apparet ex ſcrinio Cancellariæ Apoſtolicæ. Gomeſ.4.1.procœm. art. 1.

Ioannes 22. inuenit regulas Cancellariæ, annatas beneficiorum etiam electiuorũ, taxationes & reſeruationes, & ſcripta Apoſtolorum ad certum numerũ redegit. Gomeſ. procœm. q. 1. art. 5.

Nicolaus 5. regulas Cancellariæ collegit & plures alias addidit. Gomeſ. procœm. q. 1. art. 5.

Regulariter vulgari & generali derogatione conſtitutionum & ordinatio-

num Apoſtolicarum, non cenſetur derogatum regulis cancellariæ, quia ſunt iuris extraordinarii, quod verũ eſt in derogationibus quæ fiunt in reſcriptis, non in legibus. Gomeſ. procœm. q. 5.

Regulis Cancellariæ non cenſetur derogatum clauſulis generalibus. Pariſ. de reſig. benef. lib. 8. q. 8. n. 123.

Regulæ licet dicantur cancellariæ, non ſunt tamen locales & particulares, ſed vniuerſales, & omnes ligant etiam extra curiam, etiamſi Romæ tantum publicentur, ſed à Pontificibus per publicationem renouantur, nec deſinunt obligare à tempore aſſumptionis Papæ, modò per Vicecancellarium datæſint: Et ſemel productę faciunt fidem in aliis cauſis ſine nouo exemplo. Sunt tamen quædam regulæ quæ nõ ſunt de dandis quæ videntur eſſe particulares & locales: Item plures ſunt regulæ iudiciales hoc libro comprehenſę quibus ordinarii extra curiam non vtuntur ſpeciali ratione. Gomeſ. procœm. q. 2.

Regulæ cancellariæ non obligant ipſũ Papã quia non eſt poſſeſſor beneficiorũ ſed effector & creator illorum. Gomeſ. q. 3. procœm.

Regulæ

Regulæ Cancellariæ recipiuntur apud nos vt remedium politicũ aduerſus fraudes, & ita debent interpretationem accipere. Molin. de public. n. 53.

Extrauagantes & regulæ ſummorum Pontificum ſæpè inuicem contrariæ pariunt incertitudinem iuris & ſtyli curiæ Romanæ, qui modo eſt albus, modo niger. Gomeſ. de triennali. q. 53.

Regula publicata habet effectum ſuum, & præſumitur vſu recepta, donec probatum fuerit ſublatam fuiſſe per cõtrarium vſum.

Regulas Cancellariæ ſtrictè debemus interpretari. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 3. q. 5. n. 17.

Natura regularum Cancellariæ hæc eſt vt comprehendant ſolas reſignationes quæ finut in Curia Papæ vel Legati, & reſignationes in fauorem. Molin. de infir. n. 35. 105.

Per clauſulam non obſtantibus regulis Cancellariæ non videtur derogatũ regulis notabilibus & iudicialibus niſi earum expreſſa fiat mentio, vel ſi addatur clauſula generalis, quorum tenores habeãtur pro expreſſis, vel ſi hæc verba addantur, latiſſimè extendendis, quod

tamen locum non haberet, ſi regula ſpecialem mentionem requireret. Gomeſ. procem. q. 6.

Regulæ cancellariæ habent decretũ irritans. Pariſ. de reſig. lib. 8. q. 8. n. 122.

Ratio quæ colligitur ex mente regulæ cenſetur expreſſa. Gomeſ. de infir. q. 33.

Neque neceſſe eſt regulam producere apud iudicem, ſub plumbo. Molin. de annali. n. 135.

Regulæ cancellariæ ſeruandæ præſertim viuente earum conditore, & vbi non ſunt contrariæ iuri communi & decretis ſacrorum Conciliorum. Gloſ. pragmat. de elect. in verbo regulas.

Non eſt verum reliquas regulas exceptis regula de infirmis, de publicandis, de impetrantibus & de veriſimili, inutiles eſſe: quatenus enim ius commune vel ordinarium iuuant, iuſtè admittendæ ſunt, præſertim regula de annali. Molin. de veriſ. n. 111.

Regulæ de infirmis & de publicandis in duobus conueniunt & in nouem differunt. Molin. de publicand. n. 439.

Regulæ de annali & triennali conſo-

nant. Molin. de annali. n. 138.

Regula de impetrantibus pœnalis eſt, ſed regula de veriſimili, ſolum lucrum aufert. Molin. de veriſ. n. 16.

REGVLA DE NON TOLLENDO *iure quæſito.*

CAP. 30.

REGVLA de iure quæſito non tollendo variè fuit mutata per Pontifices. Hadrianus 6. voluit eam habere locum in gratiis non ſolum lite pendente, ſed etiam ante litem motam impetratis, quod etiam Paulus tertius eſt ſecutus. Gomeſ. præfat. in reg. de non tollend.

Vulgaris clauſula quæ in bullis Apoſtolicis inſeri ſolet, dum modo tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum, conſeruat quidem ius quod in re ipſa & beneficio quæſitum iam eſt, ſed non ius ad rem: quia hoc infirmius,

illud potentius eſt. Ergo non nocebit impetranti quòd aduerſarium habeat, qui iam tum electus erat, ſi nondum ſecuta eſſet confirmatio. Nam electio etiam quæ in præſentis fauorem facta eſt, nullum in beneficio ius tribuit, ſed ad beneficium duntaxat, ante ſecutam confirmationem. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defin. 20.

Papa ſuis literis poteſt tollere ius quærendum & pendens, vt conſtructio molendini valet, licet alteri molendino præiudicetur, & gratia delinquenti dari poteſt, licet bona eſſent Baroni vel alij acquirenda. Papa item ius ad tempus duraturum tollere poteſt, & ſecnudarium, & quadam occaſione competens, item ius quæſitum tollit publicæ vtilitatis gratia, & quando ipſe fuit cauſa acquirendi iuris. Item viuente adhuc poſſeſſore vnire. poteſt beneficium, ſed non auferre fructus beneficij: Item ius ad rem auferre poteſt. Rebuff. praxi in regula de non. tollendo.

Papa ſuis literis & reſcriptis non tollit ius alteri quæſitum, niſi forte declarando ea quæ in prima ſcriptura continebantur, quo pacto præiudicare poteſt,

Digitized by Google

vel quando declaratio fieret circa circunſtantiam, vel qualitatem actus non circa ſubſtantiam. Rebuff. in praxi.

Differentia eſt inter hanc clauſulam modo ius alteri quæſitum non tollatur, & hanc ſine preiudicio iuris iam quæſiti, illa enim facit gratiam euentualem & conditionalem, hæc verò puram. Gomeſ. reg. de iur. quæſ. q. 1.

Ius quæſitum per acceptationem conſeruatur per regulam conſeruantem ius quæſitum, niſi Papa expreſsè ei derogauerit. Itaque non obſtante certa ſcientia Papæ tollentis ius quæſitum, excipi poteſt ex iſta regula. Gomeſ. reg. de iur. quæſ. q. 1.

Quando Papa excipit caſum in quo non vult tollere ius alteri quæſitum, ſignificat ſe velle in cæteris præiudicare. Gomeſ. reg. de non toll. iur. quæſ. q. 1.

Licet patroni nominent & eligant præſentandum, & tradant inſtrumentum nominato, valet tamen prouiſio Papæ antequam ſit facta præſentatio ſuperiori, licet addatur clauſula, modo non ſit alteri ius quæſitum, quia nondum ius aliquod acquiritur ad rem, nec

in re. Gomeſ. reg. de iur. quæſ. q. 1.

Quidam dicunt adquiri ius ad rem præſentione facta ſuperiori ſi parronus ſit Clericus, ſecus ſi fuerit laicus, quia tunc manet ius incertum preſentato, propter facultatẽ variandi patrno laico conceſſam: ſed hæc diſtinctio licet ſit colorata, tamen eſt valde controuerſa. Gomeſ. reg. de non toll. iur. quæſ. q. 1.

Quando præſentatio nondum eſt acceptata, præsẽtat[s] nõ dicitur habere ius ad rem. nec in re, ideoque non præſeruatur vigore clauſulæ, modo non ſit alteri ius quæſitum. Gomeſ. reg. de iur. quæſ. q. 1.

Clauſula Papæ cum præiudicio iuris quæſiti requirit iuſtam cauſam, ſecus enim aliena largiri ſine culpa poſſidentis, eſt quædam ſpecies tyrannidis, per quã contaminatur principis liberalitas & magnanimitas, vnde ſi Papa auferat beneficium alicui conceſſum, compenſare eum tenetur. Gomeſ. reg. de iur. quæſ. q. 1.

Clauſula modò non ſit alteri in beneficio ius quæſitum, nihil operatur, quia tacitè ineſt, ſed magis reſtringit diſpoſi-

Digitized by Google

tionem. Gomeſ. reg. de iur. quæſ. q. 1.

Primus modus quo nobis ius acquiritur ad rem eſt per electionem, qui modus pertinet ad hanc regulam de iure quæſito non tollendo, non ad cæteras, in quibus fit mentio iuris quæſiti. Nam verbi gratia, beneficium non dicitur reſeruatum per ſolam electionem: nec per mortem electi in curia vacat beneficiũ. Gomeſ. reg. de iur. quæſ. q. 1.

Secundus modus quo nobis adquiritur ius ad rem, eſt per pręſentationem. Gomeſ. reg. de iur. quęſ. q. 1.

Tertius modus iuris ad rem quęritur per acceptationem vi gratiæ expectatiuæ, quod ius acceptationis notabile eſt quod ad iſtam regulam, quia lite pendente ius illud tolli non debet. Gomeſ. reg. de iur. quęſ. q. 1.

Quartus modus iuris ad rem quęritur per mandatum de prouidendo factum, recepto ſine creato in Canonicum authoritate Apoſtolica, & hic modus ad hanc regulam ſpectat. Gomeſ. reg. de iur. quęſ. q. 1.

Quinto modo ius ad rem quęritur per

Digitized by Google

collationem nondum acceptatam. Gomeſ. reg. de iur. quęſ.q.1.

Sextus modus quęrendi iuri ad rem fit per reſeruationē certi beneficij pro familiari, qui ad hanc regulam pertinet. Gomeſ. reg. de iur. quæſ.q.1.

Septimus modus acquirendi ius ad rem inducitur per conſuetudinem optandi prębendam, qui etiam ad hanc regulam pertinet. Gomeſ. de iur. quęſ. q. 1.

Octauus modus quærendi iuris ad rem fit ob non ſolutionem penſionis, quando ita conuentum eſt, quod tamen ius non conuenit huic regulæ. Gomeſ. reg. de iur.quęſ.q.1.

Nouus modus quærendi ius ad rem fit per priuationem iuris alieni, qui ad hanc regulam non ſpectat. Gomeſ. reg. de iur.quæſ.q.1.

Decimus modus quęrendi ius ad rem eſt regreſſus & acceſſus, qui ad hanc regulam pertinet. Gomeſ.reg.de iur.quęſ. q 1.

Antiqua regula de iure quæſito non tollendo initio pro cauſis & litius inuenta fuit, ſed poſtea æquitate ad omnes caſus etiam extraiudiciales tranſla-

ta eſt. Gomeſ. regula de iur. quæſ. q. 2.

Controuerſum eſt inter interpretes, an regula de iure quæſito non tollendo, intelligatur de præiudicio principali & primario, an de illo quod fit per occaſionem & conſequentiam: ſed componenda eſt hæc controuerſia diſtinctione, vt ſit locus regulæ quando tempore gratiæ cõceſſę imminebat pręiudicium ſecundarium & conſequens, aliàs ſecus. Gomeſ. reg. de iur. quęſ. q. 3.

Verbum quæſitum ſignificat perfectionem, & ius incorporatum etiam radicatum. Gomeſ. in reg. de iur. quęſ. q. 4. & quod perpetuò & irreuocabiliter quæritur, ideoque regula non habet locum in iure quæſito ad tempus. ib.

Hæc regula non intelligitur de iure quæſito ſub conditione, quod tamen controuerſum eſt, & diſtinguendum, vt ſi ius quæſitum conditionale dependeat omnino à futuro euentu, nec vllo modo à præterito vel præſenti, & tunc regula locum non habeat: ſecus ſi ius conditionale habet aliquam ſpem vel reſpectum ad pręteritum vel preſens. Gomeſ. in regul. de iu. quęſ. q. 4.

Poſſeſſio beneficij ex negligentia decẽ annorũ perditur, & habet pro derelicta: Ius verò competens in beneficio vel alia re, nũquam negligentiâ perditur, niſi in caſibus à iure expreſſis. Gomeſ. in reg. de iur. quæſ. q. 5.

Regula de iure quæſito non tollendo loquens nõ poteſt intelligi de iure quęſito per commiſſionem cui per ſecundam commiſſionem derogari poteſt: Nam iſta regula ſolum intelligitur de iure quæſito virtute iuris communis non ſpecialis. Gomeſ. in regul. de iur. quęſ. q. 6.

Regula de iure quæſito impedit mandata Papę extinguentia litem, quando partibus ſilentium imponitur, ne poſſint in iudicio ius ſuum perſequi, ſecus ſi cauſa euocetur vel iudex tantum mutetur, quia tunc parti facultas agendi non adimitur. Gomeſ. in reg. de iur. quæſit. q. 7.

Papa in gratia facta motu proprio nũquam cenſetur tollere ius quæſitum, itaque tunc locum habet regula. Gomeſ. in reg. de iur. quæſ. q. 8.

Regula non habet locum cum Papa lite pendente reſeruat beneficia quæ

poſſidet Sempronius in fauorem tertij collitigantis. Gomeſ. reg. de iur. quæſ. q. 9.

Commiſſio vel reſcriptum Papæ tollens ſubreptionem gratiæ quam excipiebat aduerſarius, tollit ius quæſitum, & facit locum regulæ, niſi fortè ius opponendi exceptionem ad modicum tempus differretur. Gomeſ. reg. de iur. quæſ. q. 10.

Hæc quæſtio, gratiâ Papæ conceſsâ motu proprio, in qua impetrans plura narrabat, ſi quis à Papa reſcriptum obtineat quo iubebat illa narrata probari, vtrum illud reſcriptum auferens releuamen probationis dicatur impetranti auferre ius quæſitum, hęc inquam quæſtio indiget diſtinctione. Nam vel illa narrata probari debebant iure communi, & ſic impetranti facta non eſt iniuria: vel non requirebatur, probatio iure communi, & ſic ius quæſitum imminutum eſt. Gomeſ. reg. de iur. quæſ. q. 11.

REGVLA DE INFIRMIS *reſignantibus.*

CAP. 31.

REGVLA de infirmis inuenta eſt à Bonifacio 8. & variè à Pontificibus Romanis immutata eſt, inter quos reperitur Clemens ſeptimus, qui eam interpretatus eſt odio Cardinalis de Vich, qui in conclaui plurimũ ei obſtiterat. Gomeſ. præfat. reg. de infir.

Regula Innocentij Octaui, filij 2. Pauli tertij fuit publicata die 30. Auguſti, anno. 1484. Molin. de infir. n. 108.

Regula de infirmis reſignantibus ideò facta eſt, ne quis abutatur facultatibus Eccleſiaſticis, & ne cum inſtare vitæ periodum arbitratur, audeat veluti teſtamento aut iure teſtamenti ſanctuarium Dei transferre. cap. 1. de præbend. can. plerique. 8. q. 1.

Mens & ratio regulæ de infirmis fuit, ne infirmi grauiter ægrotantes, præſentientes finem vitæ adeſſe de beneficijs ſuis veluti de rebus profanis in conſanguineos ſuos ſucceſſionis vice diſponãt in præiudicium ordinariorum vel expectantium. Gomeſ. q. 1. de infir.

Suſpecta ſunt acta à morientibus elicita. Molin. de infir. n. 145.

Hæc regula fundatur ſuper ratione legis filiæ ſolut. Matrim. & ſuper opinione vtriuſque Imolæ in hanc legem. n. 97. Molin. de infir.

Regula duplici innititur ratione, ne beneficia ſint hereditaria, & ordinarij nimis fraudentur iure ſuo. Molin. de infir. n. 36. 37.

Qua ratione facta ſit regula de infirmis reſignantibus docet Pariſius lib. 12. de reſig. benef. q. 1.

Hæc regula facit vt non ſolum reſignationes, ſed etiam diſpenſationes & derogationes acceſſoriæ reſoluantur. Molin. de infir. n. 297.

Regiſtrum Curiæ Pariſienſis de hac regula corruptum eſt. Molin. de infir. n. 105.

Pontifex quidem voluit reſignatio-

Digitized by Google

nem infirmi pendere à fato, ſed non ab hominis arbitrio & morte ciuili. Molin. de infir. n. 366.

Hæc regula ita locum habet, ſi doceatur reſignantem ab eadem infirmitate deceſſiſſe. Molin. de infir. n. 265.

Reſignatio ſimplex non erat nulla ab initio, ſed irrita fit in caſu regulæ, Butillet. animad. in Behot.

De qua collatione loquatur hæc regula de infirmis his verbis, quod quauis authoritate, &c. explicat Pariſ. lib. 12 de reſig. q. 13.

An regula loquatur etiam de conſenſu reſignatarij, explicat Pariſ. lib. 12. de reſignat. benef. q. 12.

Hæc regula fauorabilis eſt, quippe inuenta ad tollendas fraudes & conſeruando iuri Ordinariorum. Molin. de infir. n. 98.

An regula de infirmis ſit odioſa vel fauorabilis, docet Pariſ. lib. 12. de reſig. benef. q. 2.

Hæc regula non diſponit præſumendo, ſed præciſe ſtatuendo. Molin. de infir. n. 296.

Hæc regula fauet prouiſis per Ordinarios, contra impetrantes à Papa vel

Digitized by Google

Legato. Molin. de infir. n. 290.

Regula de infirmis nullomodo in fauorem graduatorum facta eſt, quę nullo tempore anteceſſit. Butill. q. de infir. Item nec in gratiam expectantium, quia omnes reſeruationes abrogatæ ſunt in hoc regno ib.

Hæc regula nihil habet cõmune cum cap. 2. de renuntiat. in 6. vbi agitur de fraude facta priuato expectanti. Molin. de infir. n. 95. In hac regula fraus. fit legi, in dicto capite fit homini n. 96.

Hæc regula non eſt facta in fauorem nominati, graduati, vel mandatarij primò & per ſe, ſed in conequentiam tantum, quia nempe reſignatio nulla eſt & locum dat vacationi, ſed in fauorem Ordinarij niſi fraus lateat. Molin. de infir. n. 33. 110. 288.

Regula intelligitur de reſignatione perfecta & admiſſa, ſecus enim præparatio tantum eſt ad reſignandum, non reſignatio. Molin. de infir. n. 1. 2. 4. 5. 7. 414.

Extrauagans Clementis 7. de hac regula non recipitur apud nos, quòd plus æquo regulam extenderit. Molin. de infir. n. 109.

Digitized by Google

In hac regula ſatis eſt admiſſam eſſe reſignationem, nec requiritur collationem eſſe factam. Molin. de infir. n. 7.

In caſu huius regulæ Ordinarius confert per obitum, etiamſi reſignatio facta ſit in Curia, modo reſignans deceſſerit extra Curiam. Molin. de infir. n. 285. 287 288.

Regulæ Cancellariæ de 20. diebus non eſt locus, ſi reſignans tempore reſignationis ſit ſanus, licet moriatur intra 20. dies, quod etiam in Officiorum reſignatione locum habet. Marcus part. 1. quæſt. 295.

Beneficium vacare intelligitur per hanc regulam, etiamſi reſignans ſimplicem ſignaturam habuerit, ſine bullis aut poſſeſſione, quia gratia reſignanti facta ſolo verbo perfecta eſt, quod in praxi non admittitur niſi ſcripto conſtet Molin. de infir. n. 308.

Reſignante mortuo intra viginti dies ſi quis impetrauerit beneficium à Papa veluti vacans per reſignationem, & alius per obitum, & ambo tempore & cæteris omnibus concurrant, præferri debet is qui per obitum impetrauit, ita

tamen

tamen ſi Papæ expoſuerit beneficium vacaſſe per obitum, modo per hanc regulam introducto, aliàs ſecus. Gomeſ. de infir. q. 35.

Si quis infirmus beneficium reſignauerit & infra viginti dies moriatur, & Papa vel Legatus contulerit beneficium ad prẹſentationem patroni, Ordinarius mediante noua præſentatione patroni poterit conferre per obitum. Molin. de infir. n. 331.

Ordinarius etiam Cardinalis non poteſt vti hac regula, & conferre per obitum tertio, poſtquam contulit per reſignationem etiam à Legato prius admiſſam, niſi eidem ad cautelam per obitum conferret poſt mortem infirmi reſignantis. Molin. de infir. n. 203. 204.

Caput ſecundum de renuntiat. in 6. extenditur ad ſimilia. Molin. de infir. n. 118. 120. 122. vt mandatarijs quoque proſit, & reſignatio in eorum fraudem facta ab infirmo, non valeat. ib. nec penſio excuſat, ſed quãtò maior cautela, tantò euidentior fraus. n. 119.

Petrus & Simon permutant beneficia, ille æger Pariſienſi, hic Senonenſi, permutatio admiſſa eſt à Legato: Petrus

deceſſit intra vigeſimum diem, & per eius obitum. Pariſ. impetrat.beneficiũ Pariſienſe, Saulus beneficium Senonenſe, & ambo contendunt cum Simone. Certum eſt reſignationem nullam eſſe per regulam de infirmis: ſed tamen Simon ab vtroque vinci non poteſt, quia admiſſio vnius eſt excluſio alterius, ſolum igitur beneficium Petri vacabit. Molin. de public. n. 141. 142.

Si quis in ſanitate reſignauerit, & in infirmitate conſenſum præſtiterit, & intra 20. dies moriatur, non erit locus regulæ de infirmis. Gomeſ. de infir. q. 31.

Si Ordinarius contulerit per reſignationem ex cauſa permutationis, non poteſt per hanc regulam iterum conferre per obitum, vt nec Papa, nec Legatus. Molin. de infir. n. 31. Quandoque tamen Ordinarius confert per obitum, ſed in vim iuris communis, cum ab initio non valuit reſignatio, aut, cum reſignans reuertitur ipſo iure ſine noua collatione, cum ſcilicet permutans non impleuit, aut reuocauit, aut cum eidem reſignatario confert per obitum, quod

tamen non habet locum in electione. n. 32.

Loc⁹ eſt regulæ licet reſignatari⁹ ignoret infirmitatē reſignantis, & conſtet nihil eſſe factū animo fraudādi. Molin. de infir. n. 296. quia contra cauſam lucratiuam ſatis eſt fraudem ineſſe re, licet non conſilio. ib.

Infirmus poteſt reſignare flamin. Pariſius lib. 3. de reſignat. benef. q. 11.

Infirmis poſſunt beneficia reſignari, Curatū tamen beneficium infirmis reſignari non poteſt, ſi infirmitas longo ſit tempore duratura. Pariſ. lib. 4. de reſig. benef. q. 8.

Multa ſunt priuilegia infirmorum, eorumque gratia multa ſunt in iure introducta, de quibus per digreſſionem agit. Gomeſ. de infir. q. 9.

Regula non habet locum niſi in ſontico morbo. Molin. de infir. n. 9.

Quæ infirmitas requiratur vt locus ſit regulæ de infirmis, & de qua morte loquatur, explicat Pariſ. & plures caſus diſtinguit. lib. 12. de reſignati. q. 6.

Infirmitas & mors intra viginti dies

plenè probari debent. Gomeſ. de infir. q. 36.

Qui infirmitatem proponit ex qua mortuus dicitur reſignans intra viginti dies, debet illam probare. Gregor. tractat. de benef. cap. 31. n. 17.

Cui incumbat onus probandi reſignantem eſſe mortuum, ad effectum regulæ de infirmis, diſputat Pariſius de reſignat. benef. lib. 12. q. 7.

Regula de infirmis intelligenda eſt in caſu proprio infirmitatis, cum ſit odioſa & ſtricti iuris, ideoque non habet locum in eo qui peſte correptus eſt. Gomeſ. de infir. q. 9.

Infirmitas mentis infirmat reſignationem, vt furor, ira, gaudium, metus & ebrietas: veruntamen reſignatio facta calore iracundiæ valet, licet poſſit ſtatim beneficium repeti, non ex interuallo. Gomeſ. de infir. q. 10.

Sufficit morbum cœpiſſe tempore admiſſæ reſignationis, vel collationis, vel præſtiti conſenſus: idem obtinet ſi prius cœperit, & vltra viginti dies, ſed non à tempore conſenſus durauerit. Molin. de infir. n. 16. 17.

Licet regula de infirmis videatur re-

Digitized by Google

quirere infirmitatem tempore reſignationis, tamen poſteriores Pontifices ſtatuerunt ſufficere infirmitatem tempore præſtādi cōſenſus, licet reſignans ſanus fuerit. Gomeſ. de infir. q. 12.

Præſumitur quis ex eadem infirmitate deceſſiſſe, niſi criminaliter agatur, quia tunc id probandum eſſet. Molin. de infir. n. 8. 525. Quod etiam obtinet etiamſi alio caſu obierit, ſi tamen eſſet moriturus intra viginti dies eadem illa infirmitate, quod ex peritis in re medica intelligi poteſt, quorum iudicio ſtandum eſt. n. 9.

Si renuntiās infirmus morbo nō lethali, ſuperueniente noua infirmitate deceſſerit, non habet locum regula de infirmis. Sed tamen probandum erit infirmum ex noua infirmitate deceſſiſſe. Præſumitur autem quis ex noua cauſa deceſſiſſe, cum vulneratus ex vulnere conualuit, vel longo poſt interuallo deceſſit, quia quæ fiunt ex interuallo, non dicuntur in eſſe. Quod ſi vulneratus non eſſet omnino ſanus, abeſſe tamen à periculo videretur, arbitrio iudicis relinquitur an ex noua cauſa deceſſerit: itaque onus probandi incumbet dicenti

Digitized by Google

eſſe mortuum ex noua cauſa. Si verò ſolum conſtet vulnus initiò lethale non fuiſſe, nec aliæ coniecturæ ſuperſint, tunc præſumitur mortuum ex vulnere fuiſſe, & locus erit regulæ, niſi agatur de puniendo vulnerante pœnâ mortis, quia tunc mitior interpretatio ſumenda eſt. Sic infirmus morbo Neapolitano ex eadem infirmitate mortuus præſumitur. Gomeſ. de infir. q. 11.

Dies de qua loquitur regula, intelligendus eſt de naturali. 24. horarum non de artificiali 12. horarum. Gomeſ. de infir. q. 38.

Regula de infirmis loquitur de die naturali. Pariſ. de reſign. benef. lib. 12. q. 8. n. 35.

Dicēti peſte correptū mortuū intra 20. dies incūbit probatio, nec præſumitur intra illud tempus obire: quippe quidā peſte infecti attigerunt 60. diem, & infirmus ſēper præſumitur infirmus magis quàm mortuus. Gomeſ. de infir. q. 9. quippe vita hominis centum annos durare præſumitur. ib.

In computatione viginti dierum non venit tempus adhibiti conſenſus procuratoris pro expeditione bullarum poſt

reſignationem admiſſam. Gregor. tractat. de benef. cap. 31. n. 17.

Tempus 20. dierum magis quã aliud tẽpus conſtitutum eſt in regula de infirmis, quod infra vigeſimũ cognoſci poteſt infirmitas mortalis, qua cognita infirmi diſponũt de reb' ſuis prece amicorum vel conſanguineorũ. Adde quod grauiter infirmi vix ſanæ mentis reputantur. Gomeſ. de infir. q. 25.

Cur definiat regula de infirmis potius 20. dies quam aliud tempus, & quomodo computentur docet Pariſ. lib. 12. de reſign. benf. q. 8.

Viginti dies nunquam currere incipiunt ante reſignationem admiſſam. Molin. de infir. n. 295. nec niſi poſt conſenſum præſtitum. n. 296.

Poſt Iulium ſecundum Pontificem 20. dies à die conſenſus tantũ incipiunt, atque adeò pręſtiti poſt reſignationem admiſſam. Molin. de infir. n. 10. 11.

Regula de infirmis numeratur à die cõſenſus præſtiti. Pariſ. de reſig. benef. lib. 8. q. 8. n. 44.

Licet regula de infirmis dicat 20. dies incipere à die præſtiti conſenſus, poſſunt tamen computari à die renuntia-

tionis factæ coram Notario & teſtibus. Greg. tract. de benefic. cap. 31. n. 17.

Si quis in infirmitate bis reſignauerit, ſolaque ſecunda reſignatio admiſſa fuerit, & tamen conſenſus primæ fuerit poſterior, viginti dies incipient à tempore conſenſus primæ reſignationis etiam non admiſſæ. Gomeſ. de infir. q. 29.

In iſta regula dies pręſtiti conſenſus in termino viginti dierum computari non debet. Gomeſ. de infir. q. 37.

Dies pręſtiti cōſenſus non numeratur inter dies, nam A, propoſitio excludit terminum. Molin. de infir. n. 327.

Vacatio de qua loquitur regula, eſt vera vacatio per obitum, non ſolùm in terminis iuris communis, ſed etiam in terminis aliarum regularum Cancellarię, quę loquuntur de vacatione per obitum. Molin. de infir. n. 283. 284. 291.

Vacatio per mortem inducta per regulam de infirmis, non eſt vera vacatio per obitum. Itaque non comprehenditur ſub regulis loquentibus de vacatione per obitum. Gomeſ. de infir. q. 30.

Reſignante mortuo intra viginti dies

& appoſita clauſula generali, Quouiſmodo vacet in ſupplicatione reſignationis mortui, extincta reſignatione non remanebit prouiſus per obitum in vim huius regulæ & clauſulæ generalis, ne quis ex eodem actu pœnam & præmium accipiat. Gomeſ. de infir. 34.

Gratia ad vacatura per obitum, non habet locum in obitu ciuili, nec in naturali introducto per hāc regulam. Molin. de infir. n. 293.

An vacatio inducta per regulam de infirmis, ſit vera vacatio per obitum, an ficta explicat Pariſ. lib. 12. de reſign. q. 9.

Clauſulæ generales bullarum etiamſi per obitum vel aliàs quouiſmodo, & ex cuiuſcunque perſona vacet, & reliquæ, non comprehendunt futuram vacationem huius regulæ per obitum. Molin. de infir. n. 299. 300.

An beneficia quæ vacant per regulam de infirmis ſint affecta & reſeruata Papæ, an ſubijciantur Ordinarijs explicat Pariſ. lib. 12. de reſign. benef. q. 10.

Per hanc regulam vacat beneficium

per obitum, etiamſi reſignatio ſit admiſſa per ordinarium, & collatio facta per Papam, ordinario cunctante conferre. Molin. de infir. n. 289.

Cæterum regula locum habet licet reſignatarius publicauerit reſignationem, & reſignans poſſeſſioné abiecerit. Molin. de infir. n. 245.

Item locum habet in Xenodochijs ſi conſeruantur in titulum. Molin. de infir. n. 321.

Æquius eſt regulam de infirmis habere locum quando fit reſignatio reſeruatis fructibus. Gomeſ. de infir. q. 20.

Regula intelligitur de omni reſignatione, & de omni beneficio patronato vel non. Molin. de infir. n. 103. 104.

Hæc regula extenditur ad Legatum qui eundem Cancellariæ ſtylum ſeruare debet. Molin. de infir. n. 98.

Regula de infirmis etiam locum habet in beneficijs patrimonialibus. Gomeſ. de infir. q. 24.

Regula de infirmis locum habet in beneficiis quæ ſunt Regij is. Lucius lib. 3. placit. tit. 2. cap. 1.

Mandatarius Papæ non facit, vt regu-

læ de infirmis ſit locus. Lucius lib. 1. placit. tit. 4. cap. 10.

Regula de infirmis locum habet in beneficijs quæ ſunt Regiæ collationis, vt docuimus. lib. 1. action. forenſ. cap. 6.

Regula trigeſima de familiaribus Cardinaliũ, habet locum in terminis huius regulæ. Molin. de infir. n. 291. 453. 354.

Regula de infirmis in infirmitate leui & graui intelligitur. Gomeſ. q. 28.

Regula locum habet etiam in annalibus, modo ſint conceſſa in titulum. Molin. de infir. n. 320.

Regula locum habet etiam ſi reſignãs moriatur intra viginti dies, gladio, veneno, vel alio caſu, modo ab infirmitate contracta intra viginti dies moriturus eſſet. Molin. de infir. n. 295.

Regula de infirmis locum habet in altaribus, capellis, vel oratorijs quæ dantur in titulum, quia nomine beneficij comprehenduntur: non tamen in titulo patrimonij, qui propriè non eſt beneficium. Gomeſ. de infir. q. 23.

An ſub regula de infirmis comprehendantur omnes, ipſe Papa, Cardinales, Patriarchæ, exempti, familiares Car-

dinalium, & fœminæ religioſæ explicat Pariſ.lib. 12. de reſignat. q.4.

Regula etiam locum habet in fœminis.Molin. de infir. n. 311.

Regula de infirmis comprehendit Abbatiſſam cedentem. Pariſ. de reſig. lib. 3. q. 12. n. 22.

Regula de 20. diebus exprimi ſolet in collationibus Regis eorum beneficiorum quę ad prouiſionem eius pertinent, itaque ſi reſignans infirmus moriatur intra 20. dies, beneficia iſta vacant per obitum Papon. lib. 3. arreſt. tit. 1.

An regula de infirmis habeat locum in omnibus beneficijs, vt in præceptorijs, beneficijs patrimonialibus, iuriſpatronatus, reſeruatis, conſiſtorialibus, vnitis, pēſionibus, iuribus & Officijs Curiæ diſputat Pariſ. lib. 12. de reſignat. benef. q. 3.

An regula de infirmis locum habeat quomodocunque facta ſit reſignatio, & an in renuntiatione facta extra curiā, causâ permutationis, & reſeruatis fructibus, in commendis, & in ceſſione per procuratorem, diſſerit Pariſ. lib. 12. de reſign. q. 5.

An habeat locum regula de infirmis ſi

Digitized by Google

Papa moriatur ante præſtitum conſenſum, explicat Pariſ. lib. 12. de reſignat. q. 11.

Locus eſt regulæ vbicunque Papa prę-uenire poteſt in libera collatione. Molin. de infir. n. 330.

Regula locum habet etiam in litigioſo beneficio. Molin. de infir. n. 309.

Regula etiam locum habet aduerſus Cardinales. Molin. de infir. n. 310. & eorum familiares. ib.

Regula locum habet etiamſi Papa interim moriatur, & ante præſtitum conſenſum. Molin, de infir. n. 334.

Licet regula de infirmis iure ſtricto, non habeat locum in tranſlationibus penſionum, contrarium tamen æquius videretur, quia tales trãſlationes sũt propagations ſeruitutũ. Gomeſ. de infir. q. 16. Regula de infirmis locũ habet in cardinalibus, quia magis quàm cæteri homines à fraudibus alieni: & generaliter in omni diſpoſitione concernente bonum publicum, vel animæ vtilitatem aut periculum, comprehenduntur Cardinales. Gomeſ. de infir. q. 3.

Regula de infirmis locum habet in imperatore, quo reſignãte & mortuo infra

20. dies, reſignatio non valet: niſi forte renuntiet cum conſenſu electorum. Gomeſ. de infir. q. 2.

Si familiaris Cardinalium reſignans in infirmitate decedat intra 20. dies, reſignatio nulla eſt per regulam de infirmis, ſecus ſi moriatur poſt 20. dies. Gomeſ. reg. de infir. q. 4.

Regula de infirmis locum habet in renuntiante, cui ſola gratia ius quæſitum erat ſine literis & poſſeſſione. Gomeſ. de infir. q. 18.

Beneficium vacat per ſolam reſignationem illius qui ſolum ſupplicationem habebat. Gomeſ. de infir. q. 18.

Regula de infirmis comprehendit fœminas religioſas habentes dignitates collatiuas. Gomeſ. de infir q. 6. quia par ratio regulæ eſt vtroque ſexu.

Item locum habet regula in reſignante peſtifero, qui præſumitur mortuus eodẽ morbo. Molin. de infir. n. 324. 325.

Regula etiam locum habet in commenda perpetua. Molin. de infir. n. 306. quæ talis præſumitur. n. 307.

Regula locum habet licet adiecta fuerit clauſula, etiamſi vacauerit per obitũ, vel aliàs quouiſmodo. Molin. de infir.

Digitized by Google

n. 328. 329.

Item locum habet regula ſi reſignans ſanus ſit tempore confecti mandati ad reſignandum. Molin. de infir. n. 326.

Locus eſt iſti regulæ etiam in æquali permutatione. Molin. de infir. n. 322.

Regula locum habet etiam in beneficiis exemptis. Molin. de infir. n. 310.

Regula de infirmis locum habet etiam in beneficijs exemptorum. Gomeſ. de infir. q. 5.

Regula de infirmis in regijs collationibus ſeruanda ſancitur edicto Regis facto die 16. Nouēb. anno 1592. publicati in magno Cōſilio Regis die 5. Nouēb. ſequentis.

Contrà regula de infirmis, nullomodo locum habet in ordinario collatore, nec vllæ fraudis coniecturæ recipiendæ ſunt cōtra reſignationes ab eo admiſſas, ſed tātum aduerſus permutationes, cōtra Molinæum & Rebuffum. Butillerius q. de infir. Nam nullum ius habet graduatus in beneficio ab altero poſſeſſo propter ſpem mortis cuius tempus adeò incertum eſt, vt is qui mortem beneficiati expectabat, plærumq; primus moriatur. Nullum item lucrum à bene-

ficiato vel collatore accipit, nullum damnum patitur ex beneficio, ſiue poſſeſſor illud reſignauerit, ſiue retinuerit, niſi lucrum aut damnum in futuris contingentibus conſtituamus. Nec obſtat quod Molinæus ait ad probandam fraudem ſufficere tres preſumptiones, hoc enim intelligendum eſt quando aliquid fieri prohibitum erat, non in ijs quæ liberè fieri aut non fieri poſſunt. ibid.

Tres præſumptiones. Molinæ. nullam inducunt præſumptionem fraudis contra reſignationes puras & ſimplices, vt eleganter docet Butillerius noſter vir clariſſimus & Eccleſiaſtici ac totius denique iuris Conſultiſſimus in animad. aduerſ. Behot.

Ineptæ ſunt cauſæ Romanenſium exiſtimantium regulam locum habere in ordinario, & fundatæ ſuper quæſtu & nundinatione ordinariorū ſacris canonibus reprobatæ. Molin. de infir. n. 99.

Regula de infirmis locum non habet in ordinario, niſi cum permutatio fraudulenta facta eſt. Gregor. tractat. de benefi. cap. 31. n. 16.

Regula

Digitized by Google

Regula de infirmis non habet locum in ordinario, licet ſecus olim iudicatum ſit Molin. de infir. à 22. vſque ad 31. licet Epiſcopus conferat ex cauſa permutationis. n. 30. 34. 71. 107. 331. 86. 87. 89, 290.

Cur regula de infirmis locum non habeat in ordinario, ratio hæc eſt, quia apud eum non fit reſignatio in fauorem, & ipſe liber in conferendo eſt, vt ei cui conferre rogatus eſt vel alij poſſit concedere, quod non obtinet in renuntiatione in fauorem quæ fit apud pontificem, quæ neceſſaria eſt. ib.

Regula de infirmis locum non habet in volũtaria ordinarij collatione. Chopin. lib. 1. de ſacr. polit. tit. 7.

Regula de infirmis non habet locum in Ordinario. Molin. de public. n. 327. 328.

Hæc regula non habet locum in Papa quatenus eſt diœceſanus. Molin. de infir. n. 423. contra Gomeſ. aſſerit,

Regulam de infirmis locum habere in ordinario, æquius eſſe. Gomeſ. de infir. q. 26.

Regula non habet locum in ordinario etiam in permutatione, niſi fraudu-

K

Digitized by Google

lenta, cum morti proximus reſignat cōſanguineo, & accipit inæquale beneficium. Butiller. q. de infir. Cod. Fabr. lib. 1. tit. 2. def. 88.

Senatus Tholoſanus iudicare ſolet regulam de viginti diebus, ſeu de infirmis locum habere in ordinario, vt refert Coraſ. in Senatuſconſultis Curiæ Tholoſanæ. cap. 27. vbi tamen Pariſienſis Senatus decreta contraria magis probat.

Regulam de 20. diebus locum habere in ordinario in reſignationibus quæ fiunt cauſa permutationis, ſi reſignans tempore reſignationis vel procurationis ad reſignandum infirmus fuerit ſcribit Papon. lib. 3. arreſt. tit. 1.

Senatus Tholoſanus ſæpè iudicauit regulam de infirmis non habere locum in Ordinario, vt refert Menardus lib. 1. quæſt. cap. 53. quod ait intelligendum in reſignatione pura & ſimplici, non autem in ea quæ fit ex causâ permutationis. cap. 54.

Non perpetuò obtinuit, regulæ de infirmis apud ordinarios collatores eſſe locum, ait Lucius lib. 1. placit. tit. 4. cap. 8. & 9.

Digitized by Google

Profert Dionyſius Butillerius Eccleſiaſtici iuris Coryphæus multa Senatusconſulta quibus iudicatum eſt regulam de infirmis non habere locum in ordinario: vnum factum menſe Martio anno 1585. inter Bichelettum, Pouletum & Delagueum, quo plenum poſſeſſorium reſignatario adiudicatum fuit: Alterum pronuntiatum die decima Ianuarij anni 1609. inter Ioannem Peliſſierum & Stephanum Vaſſomum de poſſeſſione præbendæ Claromontenſis, quo etiam vicit reſignatarius: Tertiũ Magni conſilij pronuntiatum die 25. Iunij anni 1612. inter Ioannem Loyſeum reſignatarium, Ioannem Bonum graduatum, Ioannem Ruellium nominatum de præbenda Aurelianẽſi, quæ reſignatario adiudicata eſt.

Senatuſconſulta varia de quæſtione vtrum regula de infirmis locum habeat in Ordinario ita conciliari debent, vt in priori arreſto permutatio eſſet fraudulenta & non impleta, in poſteriore ſecus. Molin. de infir. n. 92.

Regula locum habet in ordinario, cum collatio facta eſt nepoti vel conſanguineo reſignantis infirmi, & in mẽ-

ſe nominatorum. Molin. de infir. n. 112. 113. imò etiam quando nulla eſt cum reſignatario cognatio. n. 116.

Hæc regula locum habet in collatione ordinarij quando, Legatus admiſit reſignationem. Molin. de infir. n. 443. 444.

Vtrum regula de infirmis locum habeat in ordinario differit etiam Roüillardus in Cauſis forenſibus quæſt. 12.

Sed regula de infirmis non habet locum in ſene decrepito, niſi reſignatio fraudulenta deprehendatur: Eius tamen reſignatio magis & attentius explorari debet quàm iuuenis. Gomeſ. de infir. q. 7.

Item non habet locum regula in ægritudine animi. Molin. de infir. n. 347.

Regula de infirmis reſignantibus non comprehendit transferentes penſiones in articulo mortis. Pariſ. de reſignat. q. 15. n. 13.

Regula de infirmis non habet locum in beneficio vnito, quod amittat nomen beneficij. Gomeſ. de infir. q. 15.

Digitized by Google

Regula non habet etiam locum in beneficijs conſiſtorialibus. Molin. de infir. n. 400. 405.

Regula de infirmis non habet locum in beneficijs conſiſtorialibus, quia coram principe iuris ordo non ſeruatur, cum ſit ipſe lex animata in terris: quod verum eſt, niſi agatur de iſtis beneficijs coram ſolo Papa vel ſolis Cardinalibus. Gomeſ. de infir. q. 14.

Regula de infirmis locum non habet in commenda temporali, ſed in perpetua tantum. Gomeſ. de infir. q. 13.

Mox priuandus per ſententiam canonis, veluti ob non promotionem, liberè poteſt reſignare ſine metu huius regulæ. Molin. de infir. n. 382.

Regula iſta non habet locum in eo qui priuandus eſt, niſi pareat conditioni Molin. de infir. n. 383. Itaque libere poteſt reſignare beneficium. ibid.

Hæc regula non habet locum in eo qui priuandus eſt per ſententiam, propter crimen aut delictum. Molin. de infir. n. 367.

Regula de infirmis requirit reſignationem validam ab infirmo ſanę mentis factam, itaque non habet locum in in-

firmitate mentis, quæ reſignationes prohibet, vt ira, gaudium, metus, ebrietas: verum reſignatio facta calore iracundiæ valet, licet poſſit ſtatim beneficium repeti, non ex interuallo. Gomeſ. de infir. q. 10.

Regula de 20. diebus non habet locum in regalia, niſi Rex ipſe conferat ea conditione vt impetrans viuat poſt 20. dies, vt iudicauit Senatus menſe Iulio anno 608. Cæterum regulæ Cancellariæ non aliàs locum habent in regalia quàm ſi Rex ipſe voluerit.

Si quis infirmus in manibus Papæ reſignauerit, & ante præſtitũ conſensũ Papa moriatur, & infirmus ex eadem infirmitate poſtea deceſſerit intra viginti dies poſt conſenſum præſtitum, non habebit locum regula, quia ante pręſtitum conſenſum, morte Papæ expirauit eius regula. Gomeſ. de infir. q. 32.

Sed non habet locum regula in infirmitate inopinata, vti cum pridiè reſignationis admiſſæ reſignans ſubito morbo correptus eſt, quo paulo poſt obijt, verba enim regulæ captari non debent. Molin. de infir. n. 341. 342.

In nominatione Regis non ſeruatur

Digitized by Google

hæc regula, ſed eius voluntas. Molin. de infir. n. 416.

Regula de infirmis non habet locum in eo qui mare ingreditur tempore tempeſtatis, vel conſtitutus eſt in aliquo periculo mortis, & renuntiante beneficio. Gomeſ. de infir. q. 8.

Nec habet locum iſta regula in morte ciuili, nec in eunte ad bellum, aut traijciente mare. Molin. de infir. n. 350. 353. 354. licet ſtatutum dicat per ceſſum vel deceſſum. n. 352.

Regula de infirmis non habet locum in præſentato & inſtituto renuntiante beneficio in infirmitate, ſine conſenſu patroni. Gomeſ. de infir. q 17.

Regula de infirmis non habet locum in Papa, quando infirmus reſignat in manibus Cardinalium, & illi conſentiunt reſignationi, non obſtante regula, quia omnes viderentur ab ea receſſiſſe. At ſi Cardinales admittunt ſimpliciter reſignationem Papæ non habita ratione regulæ, cenſebitur admiſſa ſecundum regulam, nempe ſi pontifex poſt viginti dies moriatur, ſi enim obierit intra viginti dies, eligere poterunt Pontificem, Papatu ſcilicet vacãte per obitum.

Item hæc regula locum habet, cum Papa infirmus reſignat non in manibus Cardinalium, nec illis admittentibus, quod facere poteſt, maximè ſi manifeſtis coniecturis appareat Papam reſignaſſe magis amore carnali, quam propter vtilitatem Eccleſiæ. Quod ſi Papa in infirmitate reſignans ſuperſtes fuerit poſt viginti dies, ſine dubio nihilominus vacabit Pontificatus per reſignationem in commodum reſignatarij, per diſpoſitionem capitis primi de renuntiatione in ſexto. Gomeſ. q. 1. de infir.

In Gallia in officijs profanis renunciatis inter manus Regis, qui renuntiat debet ſuperſtes eſſe per 40. dies: Vnde quando officij Regij admittitur renunciatio, ſolet Rex in literis excipere, dummodo reſignans infirmus non ſit, & viuat per 40. dies, Franciſc. Marc. deciſ. 284. part. 1. Receptum tamen eſt in Gallia, eam regulam de 20. diebus locum habere in beneficijs & officijs Eccleſiaſticis collatis à Rege iure ſuo, vt à Senatu iudicatum refert Papon lib. 3. arriſtorum lib. 3. tit. 2.

Digitized by Google

Non eſt locus huic regulæ in Officijs. Molin. de infir. n. 424.

Regula de 20. diebus, in temporalibus à Gallis non recepta. Marcus q. 621.

In beneficijs ſpectantibus ad liberam collationem Regis, non ſeruatur hæc regula ſed Regis voluntas. Molin. de infir. n. 416.

Regula de infirmis locum non habet in Officijs venalibus curię quę à ſecularibus poſſunt exerceri, item in officijs mixtis, vt vicecancellarii, maioris pœnitentiatij quæ conceduntur habentibus aliquem ordinē ſacrum, quia libere cedi non poſſunt ſine licentia Papæ: Secus in officiis purè ſpiritalibus & Eccleſiaſticis. Gomeſ. de infir. q. 22.

Regula de infirmis non habet locum in præſentatione, nec ratione patroni, nec ratione præſentati. Gomeſ. de infir. q. 17.

Regula de infirmis non habet locum in infirmo renuntiante beneficium iurispatronatus in fauorem certæ perſonæ cōſentiente patrono: niſi patronus fraudis arguatur. Gomeſ. de infir. q. 17.

Regula de infirmis non habet locum

inrenuntiante causâ permutationis beneficiorum æqualium, ſed tantum inæqualium, in qua fraus meritò præſumitur. Gomeſ. de infir. q. 19.

Non habet etiam locum regula in ſene. Molin. de infir. n. 349.

Regula locum non habet etiam in reſignatione facta retentis fructibus, qui vltra tertiam partē nō poſſunt retineri. Molin. de infir. n. 323.

Papa huic regulæ derogare non poteſt. Molin. de infir. n. 335. 336. 340. contra idem.

Papa poteſt huic regulæ derogare. Molin. de infir. n. 127. Non autem Legatus, niſi id ſpecialiter habeat in mandatis. ibid.

Papa derogare poteſt regulæ de infirmis. Gregor. tractat. de benefic. cap. 31. n. 16.

Reſignata morientium beneficia nō debentur graduatis, Papa derogante regulę de infirmis. Chopin. lib. 1. de ſacr. polit. tit. 5.

In beneficiis Regiæ nominationis fruſtra Papa derogaret huic regulæ, in præiudicium Regis. Molin. de infir. n. 410.

Digitized by Google

Papa non poteſt regulæ de infirmis derogare reſpectu Cardinalium. Molin. de infir. n. 163. 166. 187. 188.

Papa non poteſt derogare huic regulæ in præiudicium Cardinalium. Molin. de infir. n. 212.

Mors imminens, perſonarum coniunctio, inæqualitas beneficiorum etiam vbi eſt penſio, faciunt vt Papa non poſſit derogare regulæ in præiudicium ordinarii. Molin. de infir. n. 150.

Legatus cum facultate derogandi regulis editis & edendis in genere, huic regulæ derogare non poteſt. Gomeſ. de infir. q. 41.

Senatus Tholoſanus iudicauit Legatum non poſſe derogare regulæ de infirmis in præiudicium Graduatorum, vt refert. Menardus lib. 1. quęſtionũ cap. 51.

Non videntur Papa aut Legatus derogare huic regulæ in præiudicium Academiarum vel nominatorum, quia derogatio generalis non extenditur ad conceſſa miſerationis causâ, nec ad caſum Reipublicæ contrarium, nec ad priuilegiũ conceſſum vniuerſitati, & quod diſpenſatio odioſa & Lucratiua eſt, nec videtur beneficium Concilij datum

ſcholis debuiſſe reſtringi Biturigibus: Addequod præuentio Papæ reſeruata intelligitur de ſimplici, non de diſpenſatoria contra hanc regulam vel veriſimilis notitiæ: & diſpenſatio huius regulæ ſpecies eſt reſeruationis per concilia & concordata damnatæ. Molin. de in fir. à n. 130. vſque ad 139. Toleratur tamen derogatio Legati in præiudicium illorum in hoc regno n. 141.

Legatus regulæ de infirmis derogare poteſt etiam menſibus ſcholarum candidatis attributis: quod tamen fuit ſub incudem reuocatum. Lucius lib. 1. placit. tit. 4. cap. 6. & 7.

Legatus poteſt derogare regulæ de viginti diebus menſe graduatorum nominatorum. Carond. lib. 1. reſponſ.

Ita ſeruatur in Gallia vt Legatus poſſit derogare regulæ de infirmis. Molin. de infir. n. 209.

Modificatio Curiæ vt Legatus non poſſit derogare regulæ de publicandis & de veriſimili notitia, arguit permiſſionem derogãdi huic regulæ non expreſſæ in coarctatione Curiæ. Molin. de infir. n. 208.

Legatus poteſt diſpenſare nedum in

ſua, ſed etiam in Ordinarij collatione, vt regula non habeat locum. Molin. de infir. n. n.28.

Legatus non poteſt derogare huic regulæ, conferendo ex cauſa permutationis, in preiudicium ordinarii. Molin. de infir. n. 148.

Legatus non poteſt derogare huic regulæ de infirmis contra indultarios, ſed contra graduatos, poteſt. Papon. lib. 3. arreſt. tit. 2.

Legatus poteſt derogare regulæ in præiudicium indulti Curiæ, per regulam, quod quiſque iuris: æquuum enim Curię videri debet cõtra ſe, quod iuſtũ videtur aduerſus alios vt Academicos, in quorum præiudicium admittit derogationem Legati etiam facultatem dũtaxat generalem derogandi habentis: quod tamen obtinet niſi grauatus ſit Cardinalis. Molinæ. de infir. n. 230. 231.

Legatus etiam ſpecialem facultatem habens derogandi huic regulæ, non poteſt derogare in præiudicium mandatarii, ſed tantum in eius commodum. Molin. de infir. n. 445. 447. 448.

Derogatio diſpenſatoria reſtringitur

Digitized by Google

ad eum cuius fauore conceditur, nec ad alios extenditur. Molinæ. de infir. n. 448.

Infirmo leui infirmitate, reſignante, & Papa regulæ derogante per hęc verba, quatenus ex illa infirmitate moriatur, ſi poſtea acciderit vt infirmus moriatur infra viginti dies ex ſuperuenienti graui infirmitate, non videbitur regulæ derogatum, quia derogatio tantum refertur ad leuem infirmitatem. Gomeſ. de infir. q. 27.

Stylus curiæ Romanæ varius eſt, quod attinet ad derogationem huius regulæ. Gomeſ. de infir. q. 39.

Si infirmus bis per procuratorem reſignauerit, & in ſecunda reſignatione deroget Papa regulæ de infirmis, reſignante mortuo intra viginti dies conualeſcet prima reſignatio in vim derogationis. Gomeſ. de infir. q. 40.

Derogatio fieri poteſt ex interuallo, ſi conſtet factam fuiſſe ad conſeruationem primæ reſignationis, & fiat in ſubiecto valido, id eſt ſi collatio fuerit valida. Molin. de infir. n. 161.

Derogatio facta huic regulæ in ſecunda reſignatione facta ab infirmo, neu-

Digitized by Google

tri prodeſt impetrantium: ita ſi factæ ſint eidem, neutra ei prodeſt. Molin. de infir. n. 159. 161. ſed vacat per obitum beneficium. ibid.

An derogetur regulæ de infirmis, & quando, & quis poſſit derogare & per quas clauſulas videatur derogatum explicat Pariſ. de lib. 12. de reſignat. q. 14.

Regula Cancellariæ de 20. diebus an videtur ſublata per pragmaticam Sanctionem explicat Marcus part. 1. q. 1162.

Regula de infirmis hodie apud nos inutilis eſt, quoniam quaſi per ſtylum Curiæ Romanæ, ei pontifices derogant, & per eiuſmodi derogationes non ſolum mandata illa reſignationum hæreditariarum ſuſcipiunt, & tanquam executores vltimarum voluntatum beneficia reſignata conferunt his quos reſignantes ſuorum beneficiorum heredes inſtituerunt, ſed etiam id agunt ne regula effectum ſortiatur, ſed omnino abrogetur ac ſi nunquam omnino facta fuiſſet. Butiller. q. de infir.

Hæc regula de infirmis reſignantibus copioſe & luculenter explicata eſt à

Digitized by Google

Pariſio lib. 12. de reſignat. benef. qui conſulendus eſt.

Regulam quoque de infirmis explicat commodiſſimè Rebuffus in praxi hâc regulâ.

REGVLA DE PVBLI-*candis reſignationibus.*

Cap. 32.

BENEFICIA vbicumque reſignata per obitum vacant, niſi reſignationes eorum publicatæ ſint, vbi ſunt beneficia & poſſeſſio petita ab impetrantibus quæ in curia, intra ſex menſes, quæ extra curiam, intra menſem: ſecus ſi reſignantes in reſignatorum poſſeſſione deceſſerint, eiuſmodi reſignata vacabunt per obitum, non per reſignationem. Gomeſ. regul. de publicand.

Ad effectum regulæ vt beneficium

reſignatum

Digitized by Google

reſignatum cenſeatur vacare per obitum, tria copulatiuè requiruntur, vt non ſit facta publicatio, non petita poſſeſſio, & reſignans moriatur poſt ſex menſes in poſſeſſione. Sed tria contraria ſimul non requiruntur ſed vnum tantum ſufficit vt vacet beneficium per reſignationem Gomeſ. de publicand. præfat. & q. 15.

Vt beneficium vacet per reſignationem debet reſignatarius petere poſſeſſionem ab ijs a quibus petenda eſt, & publicare in loco, ſecus ſi alterutrum faciat, vacabit per obitum: itaque Romanenſes altteretrum ſufficere putantes reſignatario, vertigine laboraſſe videntur Molin. de publicand. n. 12. vſque ad 20.

Si publicationem reſignationis fieri ſatis eſſet, aperiret ea res viam fiduciarijs pactionibus, reſignante nimirum etiam poſt publicationem in poſſeſſione manente. Ex conrrario autem fruſtra ſex menſes præſtituerentur publicationi faciendæ, ſi quandocunque miſſionem in poſſeſſionem ſubſecutam eſſe ſufficeret, dummodo id fieret viuo reſign. Cod. Fabrian. de ſacroſ. Eccleſ. defi. 59.

Digitized by Google

Hæc regula torte & implicatè more curiæ Romanæ ſcripta eſt. Molin. de public.n. 11.

Regula habuit originem ab Innocentio & Sixto & aliquatenus immutata fuit ab Hadriano 6. Gomeſ. de public. præfat.

Regula de publicandis facta eſt ne beneficia fiant hæreditaria, & ne ordinarij & expectantes fraudem accipiant. Molin. de public. n. 2. & ne fiant reſeruationes cum regreſſu. n.3.

Rationes regulæ de publicandis eleganteſ; explicat Gregor. tractat de benef. cap.31.n. 18.

Hæc regula eandem vim habet quam lex ſcripta. Molin. de public. n. 28.

Papa non poteſt derogare regulæ de publicandis reſignationibus. Carond. lib. 1. reſponſ. Molinæ. de publicand. n 3.

In Gallia derogatio & extenſio regulæ de publicandis à Pontifice facta non admittitur niſi ex graui cauſa & expreſſa, & ſi fuerint impedimenta quæ iure communi admittant excuſationem: ſecus licet appellare velut abuſus causâ.

Digitized by Google

Gregor. tractat de benef. cap. 31. n. 22.

Hæc regula operatur veritatem non fictionem, & veram vacationem per obitum inducit. Molin. de publicand. n. 166.

Senatus iudicauit die 27. Auguſti 1492. & aliàs regulam de publicandis reſignationibus morte Pontificis non reuocari.

Regula de publicandis directiua eſt actuum, non odioſa ſed fauorabilis & inuenta ad fraudes reſtringendas. Molin. de public.n.25.

Hæc regula facta eſt in fauorem impetrantis per obitum poſſeſſoris. Molin. de public.n. 61.

Hæc regula facta eſt in odium reſignantis & reſignatariorum. Molin. de public.n. 138.

Quæ differentia ſit inter conſtitutionem Pij 5. & Gregorij 13. de publicatione explicat Pariſ. lib. 11. de reſig. benef. q. 12.

An conſtitutio Piji 5. ſit omnino ſublata per cõſtitutionem Gregorij 13. de publicatione, diſſerit Pariſ.lib.de reſig. benef.q.11.

An contra conſtitutionem Gregorii. 13. de public. poſſit allegari non fuiſſe acceptatam & publicatam in partibus, diſputat Pariſ. lib. 11. de reſig. benef. q. 9.

Hæc regula & ſimiles etiam mortuo Papa vigent. Molin. de public. n. 296.

Videtur æquius eſſe vt regula locum habeat in morte etiam ciuili, quia niſi ita interpretaremur, multis, modis fraus fieret ordinariis & expectantibus, cum vnica mors naturalis, nuctio autem ſpecies mortis ciuilis. Molin. de publicand. n. 79. 80. 82. 83. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 110. 111. præcipuè autem id obtinere videtur, cum reſignans reſignauit in fauorem primi qui non publicauit intra tempus regulæ, & poſt ſemeſtre ſecundo reſignauit qui poſſeſſioné cepit, deinde mortuus eſt idē reſignans. Nam præſumitur aduerſus eum qui differt agere, donec probatio depereat, qualis eſt prim⁹ reſignatarius: & cēſetur reſignans in poſſeſſione decedere, quia alium loco ſui in poſſeſſione relinquit. Quid ſi ſimul concurrit tertius impetrans per obitum reſignantis, eadem ra-

tione ſecundus videbitur eſſe potior. Molin. de publicand. n. 69. 78. licet publicet poſt impetrationem tertii. n. 85.

Vtrum regula locum habeat in renũtiatione quæ fit ex cauſa permutationis, controuerſum eſt. Gomeſ. de public. reſignant q. 3.

Regula de publicandis locum habet etiam in beneficiis permutatis. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defi. 79.

Regula de publicandis locum habet in permutatione, ſi fraus præſumitur. Gregor. tractat. de benef. cap. 31. n. 18.

Regula locum habet in permutatione, non ex altera parte tantum, ſed vtrinque eam reſcindens, ſiue vterque moriatur in veteri poſſeſſione poſt tempus hîc definitum, ſiue vnus tantum: ſecus ſi neuter, tunc enim iuri communi locus eſt. Itaque ſi vterque poſt permutationem moritur in poſſeſſione veteris beneficii infra tempus, impetrans per obitum reſignatarii præferetur impetranti per obitum veteris poſſeſſoris. Molin. de public. n. 197. 198. 199. Niſi impetrans per obitum poſſeſſoris etiam

ab ordinario adhibuerit clauſulā quouis modo & ex cuiuſcūnq; perſona. n. 200.

Hæc regula locum etiam habet in mandatis. Molin. de publicand. n. 297.

Hæc regula locum habet in Ordinario. Molin. de publicand. 255. 256. 257. 259. 260.

Videtur hæc regula locum habere in beneficiis perpetuò commendatis. Gomeſ. de public. q. 4.

Mutuæ reſignationes in fauorem non ſunt correlatiuæ, licet animo permutādi factæ ſint, & in iis proculdubio locum habet regula. Molin. de public. n. 136. 137.

Hæc regula Cardinales ipſos comprehendit, ſed fruſtra, quia multis priuilegiis abundant. Gomeſ. de publicand. q. 12.

Etiam locus eſt regulæ cum reſignans reſeruauit omnes fructus. Molin. de public. n. 273.

Cum reſignās ex beneficio requirente reſidētiā, tantū ſibi fructus reſeruauit locus eſt regulæ: ſed cum ſibi reſeruauit fructus & denominationem, non eſt locus regulæ: denique ſi beneficium non

Digitized by Google

requirit reſidentiam, & tantum fructus reſeruentur, locum etiam regula ſortietur. Gomeſ. de public. q. 2.

Regula non habet locum in permutatione quæ fit decreto diœceſani, ad vtilitatem Eccleſiæ, item in permutatione quæ fit ad finem vnionis, veluti ſi Epiſcopus conferat Titio præbendam vt hic reſignet capellam vniendam Eccleſiæ Epiſcopi. Molin. de public. n. 173. 174. 175. quod tamen intelligendum eſt modò beneficium reſignatum in vſum Eccleſiæ impendatur. n. 176.

Reſignatarius qui non publicauit iuxta regulam, nixus tamen poſſeſſione pacifica, regulâ de triennali defenditur. Molin. de public. à Num. 26. vſque ad 33. Hæc enim regula non tollit colorem tituli, qui à multis circũſtantiis non liquidis pendet n. 33.

Permutatio de cuius fraude conſtat, non ſpectat ad hanc regulam, ſed ad alia iura. Molin. de publicand. n. 119.

Regula non habet locum ſi reſignans intra tempus ab ea definitum moriatur. Molin. de public. n. 45. 46.

Regula de publicandis non habet lo-

Digitized by Google

cum in beneficiis commendatis. Gomeſ. de infir. q. 4.

Item non habet locum in conſiſtorialibus. Gomeſ. de public. q. 5.

Hæc regula non habet locum in conſiſtorialibus, quamuis liget Epiſcopos & Cardinales. Molin. de public. n. 309.

Regula locum non habet in tranſlatione penſionis. Gomeſ. de public. q. 10.

Si quis reſignauit, deinde lite mota & ſequeſtratione facta moritur, ceſſat regula ceſſante colluſione. Molin. de public. n. 435.

Regula non procedit in ſimplici reſignatione iuris. Gomeſ. de pnb. q. 20.

Iuſtum impedimentum excuſat à defectu publicationis. Greg. tract. de benef. cap. 31. cap. 21.

Non habet locum regula de publicandis ſi reſignatarius omnem adhibuerit diligentiam vt publicaret & impeditus fuerit, vt iudicauit Senatus Pretorianus die 2. Ianuarij anno 1543.

Regula de publicandis locum non habet aduerſus eum qui probabiliter impeditus eſt. Papon. lib. 3. arreſt. tit. 1.

Legitimum impedimentum vt peſtis

Digitized by Google

vel belli excuſat à publicatione in loco beneficij, itaut alibi fieri poſſit. Gomeſ. de public. q. 13.

An impedimenta excuſent à publicatione, quæ, & quomodo debeant probari docet Pariſ. lib. 11. de reſign. beneſ. q. 13.

Regula de publicandis ad ſecundum reſignatarium protrahenda non eſt. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defin. 61.

Regula iſta non habet locum in ſecundo reſignatario, cum primus reſignans ceſſit intra tempus publicationis, vel etiam mortuus eſt. Gomeſ. de publicand. q. 1.

Hæc regula realis eſt & ſequitur ſucceſſores. Molin. de public. n. 37. Itaque ius impetrantis tranſibit cum lepra ſua. n. 38. & habebit locum in reſignatario primi reſignatarij à n. 33. vſque ad 45. Itaque ſiue reſignatarius cedat ſiue decedat, currit tempus cœptum, & pœna huius regulæ contra quemuis quoquomodo ſucceſſorem. n. 41.

Si quis duobus diuerſo tempore idem beneficium reſignauerit, defectus publicationis primi reſignatarij qui acce-

ptauit, non prodeſt reſignatario ſecundo, ſed vtraque reſignatio reſoluetur. Molin.de public.n.381.

Si quis reſignet duobus, & ſecundus acquirat ius primi, publicatio proderit ſecundo, modò ius habeat tempore publicationis. Molinæ. de publicand. n. 359.

Si quis reſignauit pluries eidem qui publicauit ex vltima tantum reſignatione cuiuſcunque collatoris illa fuerit, ea publicatio proderit verum alioqui titulum iure communi habenti. Molin. de public. à n. 314. vſque ad 353.

Si quis iterum reſignauit reſignatario primi reſignatarii ſolemniter publicanti, publicatio iſta prodeſt, licet prim⁹ reſignans alias intermedias reſignationes fecerit alijs perſonis. Molin. de public. n. 357.

Secunda reſignatio facta ab eodem reſignante intra tempus huius regulæ non poteſt conualeſcere primo reſignatario non publicante intra tempus: ſed tantum, conualeſcit ſi facta fuerit poſt tempus regulæ. Molin. de public. n. 103. 107. 108. 109.

Si factæ ſint duæ reſignationes eidem

& prima nulla ſit ex defectu publicationis, vix eſt vt poſſit adiuuari ex ſecũda quam publicauit. Gomeſ. de public. q. 18.

Si quis pluries reſignauit, & eidem collatum eſt, publicatio prodeſt ſi collatio valeat. Molin. de publicand. n. 360.

Prior reſignatarius non poteſt publicare poſtquam ſecundus poſſeſſionem accepit poſt ſemeſtre primæ reſignationis, licet primus reſignans adhuc viuat. Molin. de public. n. 86. Itaut ordinarius non dicatur variare per ſecundam reſignantis renuntiationem, conferendo tertio ſed iure ſuo vti, ſi poſt menſem primæ reſignationis & primi reſignatarii negligentiam conferat. n. 87. Hoc tamen excepto ſi conſtet de dolo & fraude ſecundi reſignatarii. n. 88. 92. Et hoc etiam verum eſt licet reſignans conduxerit beneficium à primo reſignatario, & poſt tempus regulæ permutauerit vel reſignauerit tertio, eumue in realem poſſeſſionem immiſerit iſtud ignorantem, & primo reſignatario penſiones ſoluerit. n. 89. Denique licet prior reſignatarius ad poſſeſſionem capien-

Digitized by Google

dam & publicandum dederit ſpeciale mandatum reſignanti vel alteri, nam agere poterit aduerſus illos ad id quod intereſt n. 90.

Petrus & Simon permutant beneficia ille Pariſienſe hic Senonenſe: Simon naturaliter mortuus eſt intra tempus regulæ, Petrus poſt tempus: Paris impetrat beneficium Pariſienſe per obitum Simonis, & biduo poſt mortem eius & ante mortem Petri: Papus idem beneficium per obitum Petri: Saulus beneficium Senonenſe per obitum Simonis paulò ante mortui & viuo adhuc Petro, Sebaſtus idem beneficium per obitum Petri, Siluius idem beneficium per obitum Simonis, ſed poſt obitũ Petri: Caluus impetrat Pariſienſe per reſignationẽ Simonis ante eius obitũ, nec publicat, Celſus Senonẽſe per reſignationem Petri ante eius obitũ: locus erit regulæ vtrinque, & Paris obtinebit beneficium Pariſienſe recẽs vacans, & impetratum per obitum Petri, Saulus autem remanebit in Senonenſi cæteris omnibus excluſis. Molin. de public. à n. 143. vſque ad 162.

Petrus & Simon permutant bene-

ficia, ille Pariſienſe, hic Senonenſe apud ordinarium vel Legatum: Petrus non ſatisfacto huic regulæ decedit poſt tempus regulæ in poſſeſſione beneficij Pariſienſis: Paris impetrat beneficium Pariſienſe per obitum Petri, Saulus Senonenſi per obitum eiuſdem Petri, & ambo contendunt cum Simone, certè locus erit regulæ, & vacat beneficium Pariſienſe per hanc regulam, ſed non vacat Senonenſe in quo Simon remanebit. Molin. de public. à n. 121. vſque ad 141. item n. 140. 151. 142. 150. 169. 188. 164. 170.

Caius & Seius permutant duo beneficia cum canonicatu & cura poſſeſſis à Titio: Caius cui pręb enda collata eſt publicat reſignationem & capit poſſeſſionem Titio diſcedente, At Seius tempus regulæ ſinit elabi, & Titius moritur in poſſeſſione curæ, quam Baldus impetrat per obitum Titii: hoc caſu locus erit regulæ & Baldo adiudicandum erit beneficium, & permutatio nihilominus valet reſpectu Caii qui publicauerat intra tempus regulæ, quia tot ſunt permutationes, quot paria beneficiorum.

Digitized by Google

Molin. de public. à n. 165. vſque ad 173. item 178. 197.

Cardinalis promittit reſignare Abbatiam Titio, & monachus beneficium ſuum clauſtrale in fauorem perſonę per Cardinalem nominandæ: pactio firmatur Romæ menſe Maio, & reſignatio monachi admiſſa menſe Iunio. monachus obit menſe Februario in poſſeſſione beneficii, quod Caius impetrat per obitũ eius. Prodit nominatus per Cardinalem, cui regula obijcitur, quod non publicauerit intra ſemeſtre reſignationis reſignante poſt in poſſeſſione mortuo: Dicendum eſt Caio beneficium adiudicandum repulſo nominato Cardinalis, & monachi reſignationem admiſſam etiam ſine collatione vacationem induxiſſe. Molin. de public. n. 236.

Thomas permutat prębendam & Archidiaconatũ Senonenſem cum Prioratu regulari & parœcia ſeculari Hugonis, & promittit Hugo præſtare vt Marcus reſignet Capellam in fauorem Guidonis per Thomam nominati, quæ omnia Pontifex rata habet: Guidoni per reſignationem Marci confertur capella & tamen negligit publicare & interim

Marcus in poſſeſſione capellæ moritur, & per eius obitum confertur Titio: certum eſt in ea ſpecie Titium vincere Guidonem, nec Thomam propterea reſcindere poſſe permutationem: quia Tertius reſignans in vim permutationis duorum cum altero permutantium nõ permutat, nec ei debet euictionem, niſi ita ſcriptũ ſit in pacto probato Põtifici, ſpecificè non per clauſulas generales. Molin. de publicand. à n. 162. vſque ad 165.

Retroceſſio ex coniunctione perſonarum & breuitate temporis præſumitur facta in fraudem regulæ. Molin. de publicand. n. 361. 362. 364. 369. vſque ad 380.

Si reſignatio nulla fuerit defectu publicationis, non poterit impetrans obtinere beneficium tanquam vacans per obitum, ex clauſula vel aliàs quouiſmodo in ſupplicatione poſita. Gomeſ. de publicand. q. 16.

Quæ ſit pœna nõ factæ publicationis, & quid amittat reſignans, docet Pariſ. lib. 11. de reſig. benef. q. 7.

Reſoluta per hanc regulam reſignatione defectu publicationis, reſoluitur

ſentẽtia etiam iudicis ſecularis de ea lata. Molin. de public. n. 433.

Defectus publicationis omnem gradum, colorem, & ſcintillam coloris, tituli per reſignationem extinguit. Molin. de public. n. 29.

An impetranti beneficium ob defectum publicationis, incũbat onus probandi non eſſe publicatum, & quomodo id probetur diſſerit Pariſ. lib. 11. de reſignat. benef. q. 14.

Papa diſponit de beneficiis vacantibus ob non factam publicationem. Pariſ. de reſig. lib. 11. q. 8. n. 11. Quod tamen in Gallia locum non habet.

Vtrum beneficia vacantia ob defectum publicationis dicantur vacare in Curia, diſſerit. Pariſ. lib. 11. de reſi. benefic. q. 8.

Vtrum in literis impetrationis ob defectum publicationis poni debeat, vocato poſſeſſore explicat Pariſ. lib. 11. de reſig. benef. q. 10.

Tempus ad publicandum definitum non intelligitur etiam datum ad petendam poſſeſſionem. Si tamen poſſeſſio fuerit intra tempus à regula præfinitum petita, & in ea reſignatarius per menſem

ſem remanſerit pacificè, talis poſſeſſio operatur publicationem. Gomeſ. de public. q. 8. & 11.

Tempus regulæ currere incipit à tempore reſignationis admiſſæ. Molin. de public. à n. 205. vſque ad 237.

Niſi reſignatio admittatur ſine collatione ex cauſa ad inquirẽdum de mandato, tũc enim non currit tẽpus regulæ ſed pẽdet: Itẽ ſi Epiſcopus differt collationem ex cauſa permutationis, donec appareat de reciproca reſignatione, tunc enim tempus currit tantum à die collationis. Poſtremo regula non procedit in reſignatione facta fauore Eccleſiæ vt vnionis gratia. Molin. de publicand. à n. 232. vſque ad 236.

Tempus regulæ de publicandis incipit computari à momento adhibiti conſenſus reſignation. Greg. tract. de beneſ. cap. 31. n. 19.

Plus tẽporis datur publicanti reſignationem in curia, ob longius interuallum. Gomeſ. de public. q. 21.

Tempus à regula definitum currit abſenti, impedito, & minori, quia regula in rem ſcripta eſt, fraudibus vitandis, & bono publico, quod præfertur fiſco

& priuatis, nam quod ad minores attinet, reſtituūtur in beneficijs ad conſeruandum non ad quærendum. Molin. de publicand. n. 237. 238. 239. 240. 368. 252.

Tempus publicationis numeratur non à die reſignationis ſed præſtiti cōſenſus. Gomeſ. de public. q. 7.

Regula non obligat reſignatarium ad publicandum tempore ſucceſſoris reſignationem factam in manibus ſuperioris Pontificis, ſi ſuperior intra ſex menſes à factâ reſignatione moriatur. Gomeſ. de public. q. 6.

Prouiſio alteri facta pendente tempore ad publicandum definito, cum clauſula, Niſi ſit alteri ius quæſitum, nulla eſt, licet reſignatarius non publicet. Gomeſ. de public. q. 17.

Literas gratiæ Pontificiæ debe curare expediri reſignatarius intra tempus ad publicandam reſignationem, non vitæ reſignantis. Pariſ. de reſignat. lib. 10. q. 1.

Poteſt publicatio fieri quandiu reſignans manet in detentione. Moli. de public. n. 95.

Tempus publicandi prorogari po teſt

à Pontifice, vt iudicauit ſenatus Burdigalenſis anno 1532.

Tempus ſex menſium vel menſis non apponitur vt forma publicationis, ſed vt oſtendatur non eſſe locum vacationi per obitum reſignante quandocunque moriẽte, ſed demũ ſi in poſſeſſione poſt illud tempus & ante publicationem moriatur. Satis eſt igitur ſi reſignatarius poſſeſſionem petat & publicet ante obitum reſignãtis quandocũque id faciat. Molin. de public. n. 20. & 21. Itaque ſi publicatio dilata fuerit in temp' mortis non valet. n. 22.

Proditum eſt ſex menſium tempus in reſignatione Sacerdotiorum publicanda computari à die prouiſionis admiſſæ & datæ, potius quàm à die præſtiti conſenſus: cum perfecta tunc fuerit gratia, & ab eo tempore effectum ſortiatur, vt in multis ſpeciebus docet Felin. in cap. cam te, de reſcript. & Ruſeus in lib. de regalibus. 4. mẽbro, & Arnold. Ferron. §. 1. de retract. in conſuet. Burdigal.

Reſignatio admiſſa per Legatum degentem in Gallia debet publicari intra menſem, quaſi eſſet ordinarij nonob-

ſtante regula de 20. diebus Carond. lib. 1. reſp.

Si reſignatio facta ſit apud Legatum, menſis tantum datur ad publicandum, quia Legatus eſt extra curiam, & curia Legati non eſt curia Romana, & Legatus non poteſt officium exercere in curia, & in hac regula quæ pœnalis eſt, non eſt recedendum à proprietate verborũ Molin. de publicand. n. 23. 24.

Quantum tempus detur ad publicandum tam in curia quàm extrà, & quomodo computetur hoc tempus, explicat Parif. lib. 11. de reſignat. benef. q. 2.

Regula de publicandis non impeditur apprehenſione poſſeſſionis, ſi reſignans in poſſeſſione relinquatur. Papon. lib. 3. arreſt tit. 1.

In regula de publicandis, tempus petendæ poſſeſſionis vſque ad obitum reſignantis durat. Gregor. tract. de benef. cap. 31. n. 20.

Beneficium à reſignatario poſſeſſum viuo reſignante licet paulò ante eius obitum publicata reſignatione, graduato non deberi, iudicauit Senatus, vt refert Chop. lib. 1. de ſacr. polit. tit. 5.

Poſſeſſio capta per reſignatarium ſine publicatione reſignationis, & reſignante in poſſeſſione mortuo, nihil prodeſt. Auffrer. in arreſt. Pariſ. arreſt. 90.

Regula de publicandis non facit, vt ſi ei ſatisfactum non ſit, reſignans in poſſeſſione beneficij retinendus ſit ac ſi non reſignaſſet: ſed vt reſignatarius cadat iure ſuo, nec beneficium cenſeatur vacare per reſignationem, & poſtea reſignante mortuo in poſſeſſione cenſeatur beneficium vacare per obitum. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defin. 60.

Vt ſit locus regulæ ſufficit reſignantem incumbere poſſeſſioni etiam litigioſæ, etiam prouiſionali cum moritur, non cum reſignauit. Molin. de public. n. 429.

Si qui litigabat de poſſeſſione beneficij ipſum reſignauerit, & in poſſeſſione mortuus ſit, ſi re & facto poſſeſſioni incumbebat, locus eſt regulæ, ſecus iuri communi. Molin. de public. n. 410. 413. 424. 419.

Reſignatarius capit poſſeſſionem

prioratus coram duobus teſtibus, manet tamen reſignans in poſſeſſione, & poſt ſemeſtre dignitatem adept⁹ eſt prioratu aliter non dimiſſo: Titius impetrat prioratum per extrauagantem execrabilis, ſed tunc reſignatarius publicat viuente & poſſidente reſignante, hic potior erit. Molin. de publicand. n. *69. 93. 94. 95.*

Patruus reſignauit in fauorem nepotis curam parochialem, ſed bullas in arca ſua ſeruauit, & poſt tres annos eandem curam permutauit cum Prioratu, & impleta permutatione patruus poſt duos alios annos obijt in poſſeſſione prioratus, tertius impetrat prioratum poſt obitum patrui, reſignatarius vult publicare quid iuris? reſpondit Molinæus non eſſe locum reſignatario. Molin. de public. n. *69.*

In poſſeſſione Monachali ſtatim cum facta eſt tota poſſeſſio amiſſa eſt, & reſignãs profeſſus in poſſeſſione mori intelligitur, & locum facit regulæ: ſed in alia ciuilis obitus ſpecie vt in ceſſione & reſignatione, expectatur realis totius poſſeſſionis & detenſionis dimiſſio. Molin. de public. n. 84.

Digitized by Google

Si reſignans ingrediatur monaſterium, & per vicarios retineat poſſeſſionem, & ſub finem anni profiteatur vota monaſtica, & tertius impetret beneficium eius per profeſſionem, antequam reſignatarius publicauerit, locus erit, regulæ, vel etiam poſt publicationem eius & beneficium vacabit per obitum. Molin. de public. n. 80. 82 83.

Duobus compermutantibus in poſſeſſione veteri mortuis ante tempus regulæ, ſi quis impetrauerit beneficium vnum ex permutatis per obitum poſſeſſoris, parochiani non poſſunt obijcere impetranti alium eſſe modum vacandi. Molin. de public. n. 201. Item iſti impetranti poſt triennalem poſſeſſionem nõ mouebit controuerſiam prouiſus per obitũ reſignatarij, nec ſi intra annũ obijciat incapacitatem defuncti vel reſignantis, modo reſignatio ſit expedita ante citationẽ. Molin. de public. n. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204.

Cũ quidã Sacerdos nomine Hucherius, nepoti ſuo præbendam Eccleſiæ Pariſienſis reſignauiſſet, & à Pontifice fuiſſet admiſſa reſignatio, ſed reſignatarius non apprehendiſſet poſſeſſionem

niſi cum reſignans moribundus procumberet, præbenda adiudicata eſt impetranti ab ordinario placito magni Conſilij facto die vlt. Auguſt. anno 1606.

Regula de publicandis locum habet ſi poſſeſſio fuerit apprehenſa per reſignatarium die mortis reſignantis poſt ſex menſes. Papon lib. 3. arreſt tit. 1.

Mors ciuilis comitata poſſeſſionis amiſſione facit locum regulæ, vt beneficium vacet per obitum. Molin. de public. n. 79. 80. 82. 83. 100. 101. 102. 103. 104. 105.

Reſignatario poſt ſemeſtre non ſatisfaciente regulæ, reſignans qui iam accuſatus reſignauerat in fraudem, in poſſeſſione manens per ſententiam priuatur, & beneficium per priuationem Titio confertur, Titi9 preferetur reſignatario. Molin. de public. n. 69. 96. 97. 98. adeo vt non poſſit reſignatarius appellare. n. 98.

Publicatio vetus facta per reſignatarium, obſoleta tẽpore mortis reſignantis qui poſtea deceſſit in poſſeſſione, nõ valet, quia non cenſetur factũ quod nõ

Digitized by Google

durat. Molin. de public. n. 310. Sufficiet tamen memoriam publicationis in acta publica referri. Molin. de public. n. 313.

Si reſignans moriatur in poſſeſſione beneficij, & doceret reſignatarius id factum vi conductionis, non habet locum regula, modò publicatum ſit ante mortem reſignãtis, & fraus abſit, vt ſcribit Rebuffus.

Cum regula loquitur de morte renũtiantis, naturalis non ciuilis mors intelligenda eſt. Gomeſ. de publicand. q. 19.

Publicatio fieri non poteſt viuo reſignante, ſi res non ſit amplius integra. Molin. de publicand. n. 156. 159. 160. 161.

Regula de publicandis locum habet in officijs Regijs, ſi reſignans in poſſeſſione moriatur. Papon. lib. 3. arreſt tit. 1.

Non curatur de publicatione, ſi reſignans non moritur in poſſeſſione. Molin. de publicand. n. 267. 268. 271.

Poſſeſſio momentanea vel ciuilis & per actus ciuiles continuata, indiget publicatione. Molin. de public. n. 265.

Secus de poſſeſſione realiter & palàm continuata n.266.

Quibus de cauſis requiratur publicatio, explicat Pariſ.lib.11. de reſignat. beneſ.q.1.

Non tollitur ſed augetur ſuſpicio fraudis quantò diuturnior eſt occultatio. Molin. de publicand.n. 98.

Reuocatio Prioris reſignationis præſumitur fraudulenta, niſi ſit palam facta. Molin. de public. n. 378.379.

Publicatio fieri poteſt ſine bullis, quia ſolo verbo gratia perficitur. Mol. de publi.n.207.241.

Publicatio fieri poteſt cum ſola ſignatura, ſi perueniendi Romã facultas auferatur, vt iudicauit ſenatus anno 1523.

Publicatio valet ſine bullis, & regulæ Romanæ pecuniariæ ſpernuntur. Molin.de publicand.n.271.322.

Contractus per ſe liciti propter abuſum prohiberi poſſunt, & publicatio quantumuis ſolemnis non prodeſt ſi abus⁹ irrepſerit. Molin. de public.n.292.

Papa non poteſt confirmare concordata & pacta quibus beneficium viuentis etiam conſentientis reſeruatur, & re-

Digitized by Google

ſtitui ſpondetur. Molin. de public. n. 7. 8. 9. Tumque vacat beneficium per executionem ſimoniaci contractus. n. 10. Non obſtante publicatione reſignatarij. n. 10.

An quomodocunque facta ſit reſignatio debeat publicari, & an ea quæ fit extra Curiam & ex cauſa permutationis, vel reſeruatis fructibus, aut penſio, & commenda, explicat Pariſ. lib. 11. de reſignat. benefic. q. 5. vbi de gratia in forma dignum, & de reſignatione ſimplici, & ceſſione iuris.

Qui teneantur publicare beneficia reſignata, an officiales Curiæ, Cardinales, exempti, ſecundi reſignatarij, impetrantes beneficia ob defectum publicationis, tranſlatarij penſionum, & minores, explicat Pariſ. lib. 11. de reſign. benef. q. 4.

Publicatio fieri debet in loco beneficij præſente populi multitudine, atque etiam in Eccleſia, cum impetrantur dignitates habentes iuriſdictionem ſpiritualem & temporalem. Gomeſ. de public. q. 9.

Publicatio debet fieri in loco beneficij vel in Eccleſia preſente multitudine po-

Digitized by Google

puli, in dignitatibus & beneficijs curatis: in ſimplicibus autem ſufficit fieri reſignationem coram Notario Cancellariæ & teſtibus, vel in audientia contradictarũ. Greg. tract. de benef. cap. 31. n. 21.

Sufficit publicatio & notificatio in loco beneficij etiam remoto & alterius imperij. Molin. de publi. n. 272.

Publicatio facta in domo ſeu loco capitulari, valet. Gomeſ. de publicand. q. 21.

Forma publicandi reſignationes præſcripta conſtitutione Henrici 2 hæc eſt, vt ſi agatur de collegiali Eccleſia, fides fiat adeptæ poſſeſſionis per ſecretarium ſeu ſcribam capituli, vel recuſante capitulo per Notarium cum duob' teſtibus: ſi vero de alijs agatur, fiat publicatio in ſuggeſtu Eccleſiæ beneficiji in mercatibus & conuentibus publicis illius loci, aut per inſinuationem factam quæſtoribus ſacris Eccleſiæ, operariis, parochianis, vel etiam titulis inſinuatis collatoribus & patronis.

Tunc ritè res publicata habetur cum peruenit ad famam publicam Cap. tua nos extr. de cohabit. Cleric. aut ad ma-

Digitized by Google

iorem partem viciniæ, arg. cap. cum dilectis extr. de purgat. canon. Itaque publicatio ritè facta non dicetur coram tribus aut quatuor, vt docet Dominic. Resp. 75. Panormit. conſil. 99. lib. 1. Corneus conſil. 127. lib. 3. & Roman. conſil. 433.

Non valet publicatio tempore facta quo populus non conuenit. Molin. de public. n. 264.

Quomodo ſit facienda publicatio, coram quo, cum quibus, vbi, quando, per quem, & quâ formâ, explicat Pariſ. lib. 11. de reſig. q. 6.

Quorum beneficiorum debeat fieri publicatio reſignationis, an reſeruatorũ iuriſpatronatus, conſiſtorialium, electiuorum, litigioſorum, hoſpitalium, & regularium explicat Pariſ. lib. 11. de reſignat. benef. q. 3.

Si intra tempus poſſeſſio ſit petita, & in ea reſignatarius per menſem pacificè remaneat, talis poſſeſſio habet vim & effectum publicationis requiſitæ. Gregor. tract. de benef. cap. 31. n. 20.

Publicatio facta habetur ratione eius qui impediuit eam: ſi tamen ſolus reſignans eam impedierit, nihilominus lo-

cus erit regulæ. Molin. de public. n. 243.

Publicationi reſignationis æquipollet petitio poſſeſſionis, ſi petita poſſeſſio poſtea adprehendatur intra tempus datum ad publicandum, & per menſem integrum in ea manet reſignatarius. Cod. Fabr. de ſacroſ. defin. 59.

Notificatio facta ordinario inſtar publicationis non eſt, nec reſpectu Ordinarij & eius qui ius habet ab eo. Molin. de public. n. 253. 254. 261. Itaque publicandum. n. 261.

Citatione affixa in valuis Eccleſiæ beneficij tempore ſacri, renuntiationem eiuſdem beneficii continente, non videtur publicatio facta ad effectum regulæ. Gomeſ. de public. q. 14.

Sententia ſubrogationis etiam ex capite reſignationis, non habet vim publicationis, etiam reſpectu eius contra quem lata eſt. Molinæ. de publicand. n. 432.

Propter impedimentum peſtis, belli, & præcluſi itineris ſufficit publicare in loco vicino, & tunc ſignaturæ per teſtes probatæ bullis æquipollent. Molin. de public. n. 242.

Digitized by Google

Notorium reſignationis non excuſat à publicatione, licet reſignatarius poſſideret, ſed nō publicè. Molin. de public. n. 262. 263.

Si quis reſignauit pluribus & vltimus tantum publicauit, publicatio perſonalis eſt, nec prodeſt vero titulario negligenti, & fit locus vacationi per obitum. Molin. de publicand. n. 353. vſque ad 357.

Hanc regulam de publicandis doctiſsimè & fuſiſsimè explicauit Pariſius toto lib. 11. de reſignatione beneficiorum, qui diligenter ea de re legendus eſt.

Regulam de publicandis reſignationibus optimè explicat Rebuffus in praxi hâc regulâ.

De regula de publicandis aliquid etiam Carondas lib. 8. reſponſ. cap. 6. & lib. 10. cap. 8.

Digitized by Google

REGVLA DE VERISI-*mili notitia.*

Cap. 33.

REGVLA de veriſimili notitia prius inuenta fuit à Ioanne 23. Gomeſ. de veſimili præfat.

Ioannes 23. primus author huius regulæ. Molin. de veriſimili n. 41.

Regula de veriſimili notitia abrogat omnes gratias, niſi tantum effluxerit poſt obitum temporis quantum neceſſe fuit ad eum Pontifici ſignificandum. Gomeſ. de veriſ. præfat.

Rationes regulæ de veriſimili notitia explicat eleganter Gregorius in tractatu de benefic. cap. 32. n. 4.

Mens & ratio finalis regulæ eſt non ſolum ambitioſorum præcurrentium conatus reſtringere, ſed etiam Ordinarijs conſulere, & aliquod ſpatium ad cõferendum

ferendum relinquere & vitare votum captandæ mortis alienæ. Molin. de veriſ. n. 51. vna ratione regulæ non ceſſante, non ceſſat regula n. 34.

Præuentiones Papæ non valent niſi fuerint veriſimiles, & commendæ conceſſio nou valet niſi fuerit veriſimilis, & in genere collatio non veriſimilis omnino nulla eſt, ideoque non eſt colorata nec poteſt efficere triennalem poſſeſſionem. Rebuff. in praxi.

Magnus eſt abuſus præuentionum Papæ & paruarum datarum curiæ Romanæ, cum cuiuis ſimpliciter narrãti quidquid petitur conferunt ab hora qua curſor primũ trapezitam curiæ adijt, etiam non viſo non delato imo ne fabricato quidem mandato reſignantis. Hic abuſus non ſolum curſores omnes anteuertit & vera falſis cõmutat, nõ ſolum diſſimulando, ſed per indirectum augendo & prouocando, quod eſt ambitioſos & famelicos velut claſſico ciere & falſarios prouocare. Cui malo obuiam itum edicto Regis Henrici 2. & vetitum ne procuratoribus ſupplicare liceat priuſquam in manibus procuratorium ha-

beant. Molin. de public. n. 208. 211. 212. 216. 218.

Abuſus paruarum datarum maximus eſt, & Ordinariorum poteſtatem affligit maximè. Molin. de veriſ. n. 57.

Ne fraus fiat regulæ de veriſimili noticia, cauetur lege Henrici 2. vt menſarius adſcribat in regiſtro tempus quo procuratio miſſa fuerit, & reſponſum acceptum à ſolicitatore Romæ agente cõtinens diem quo recepta fuit & per quem data: quod menſarius facere tenetur ſtatim cum receptum erit reſponſum vel ſaltem ſignaturæ vel bullæ Pontificis, ſecus nulla fides illis adhibebitur, & facta in contrarium allegare vel probare licebit.

Ante hoc edictum ſingulis diebus impetrantes habebãt à Datarijs Papæ nouam ſignaturam, deinde bullas ſub qua data vellent confici curabant.

Regula locum habet in omni genere vacationis. Molin. de veriſ. notit. n. 63. 64. 65.

Regula de veriſimili locum habet in Legato Pontificis, vt tradit gloſſa antiqua in regulam 28. Quia conuenit ſaluti animæ regula iſta, & iuri communi, ne

captetur mors alterius: ideò extendenda, & doli qui in fraudem iſtius legis fiunt, circuncidendi ſunt, quales ſunt hi qui fiunt in curia Romana, vt cum aliquando veniente curſore, is obtinet quidem ſignaturam, ſed & poſtea ſingulis diebus impetrat alias, vt poſt obitum veriſimili notitia mortis habita impetraſſe videatur, quod tamen ſi detegatur, infirmandum erit vt in fraudem factum.

Legati collationes regulâ de veriſimili notitia tenentur. Chop. lib. 2. de doman. tit. 9.

Regula de veriſimili habet etiam locum in Legato. greg. tract. de benef. cap. 32. n. 4.

Legati collationes regula de veriſimili notitia tenentur. Chop. lib. 2. de ſacra polit. tit. 9. atque etiam

Regula de veriſimili notitia locum habet in Legato à latere, extendi enim poteſt licet ſit pœnalis. Marcus. q. 494.

Hæc regula vt omnes aliæ æquè ligant Legatum. Molin. de veriſ. n. 1. & 2. 4.

Regula de veriſimili notitia locum ha-

bet in ordinariis, vt non poſſint per obitum conferre, priuſquam veriſimiliter potuerint cognoſcere eum mortuum, ob cuius mortem conferunt: eædem enim rationes locum habent in ordinario, quæ in ſummo Pontifice, & ita iudicatum fuiſſe Tholoſæ & Pariſiis refert Paponius lib. 3. arreſtorum, tit. 4.

Hæc regula locum habet in ordinario & Legato. Gomeſ. de veriſim. q. 1.

Regula de veriſimili locum habet etiam in collationibus ordinariorum ex idẽtitate rationis. Cod. Fabrian. de ſacroſ. Eccleſ. defin. 8.

Regula de veriſimili notitia, licet de Papa loquatur, tamẽ in ordinario etiam propter rationis ſimilitudinem locum habet, ne fraudulenta præuentio in beneficiorum impetratione locum habeat. part. 1. quæſt. 381. Marcus.

Regula de veriſimili notitia locum etiam habet in ordinario. Gregor. in tractat. de benef. cap. 32. n. 4. Marc. part. 1. q. 1000.

Hæc regula locum habet in ordinario vi iuris cõmunis. Molin. de veriſ. n. 4.

Digitized by Google

Regula habet etiam locum in Commenda. Gomeſ. de veriſim. q. 4.

Regula de veriſimili notitia locum habet in Commenda. Pariſ. de reſig. lib. 3. q. 6.

Regula procedit in gratia etiam motu proprio facta. Gomeſ. de veriſim. q. 2.

Papa abſente ab vrbe, ſi quis moriatur Romæ, & beneficium ab eo impetretur, locus erit regulæ, ſi tanta ſit diſtantia vt veriſimiliter adiri Papa non potuerit. Gomeſ. de veriſ. q. 7.

Is qui ſciebat alium ſimpliciter reſignaturum in manibus Epiſcopi & impetrauit à Papa collationem beneficij, ſubeſt huic regulæ, quatenus vult niti clauſula per obitum. Molin. de veriſ. n. 61.

Regula locum habet etiam in reſignatario. Molin. de veriſ. n. 46. vſque ad 58.

Lex regni facta eſt regula de veriſimili notitia, & ita ſeruatur vt vix ei derogetur, & probatio contra veriſimilitudidem eius non recipiatur omnino que collatio non viriſimilis excludatur. Hæc vero regula non habet locum in officijs

Regiis, vt in omni genere beneficiorum. Sed non procedit in priuatione vel alia vacatione, in gratia delinquenti facta, in reſignatione causâ permutationis, & quando Papa derogat regulæ. Ideóque ſi reſignans moriatur antequam Papa conferret, procuratore reſignante poſt illius obitum & Papa conferente etiamſi per obitum vacet, tamen derogando regulæ, valebit illa collatio. Rebuff. in praxi.

Regula de veriſimili notitia non habet locum in regalia, vt Senatus noſter iudicauit menſe Martio anno 1572.

Veriſimilis notitia non exigitur in deuolutis per lapſum temporis. Molin. de veriſ. n, 70. 79. 80. niſi eſſet tempus breuiſſimum. n. 71.

Reſignatarius qui obtinere non poteſt per reſignationem quod reſignans ante admiſſam reſignationem ſit mortuus, quique in omnem euentum apponit clauſulam in ſupplicatione ſeu alias quouis modo, vtrum comprehendatur in regula veriſimilis notitiæ controuerſum eſt, ſed tamen non comprehēdi æquius eſt. Gomeſ. de veriſ. q. 3.

Prouiſio Papæ facta in vim procura-

tionis ad reſignandum, puræ & ſimplicis, cũ clauſula ſiue per obitum, ſiue aliàs quouiſmodo valet per obitũ, nec ſubiicitur regulę de veriſimili notitia, vt iudicatum eſt à Senatu menſe Iulio 1589.

Si reſignatione facta quis currat Romam, & ante admiſſam reſignationem reſignans moriatur, & adiecta ſit in ſupplicatione clauſula, vel aliàs quouiſmodo, & derogatum ſit regulæ de veriſimili, non habebit locum regula. Auffrer. in arreſt. Parlam. Pariſ. arreſt. 92.

In renuntiatione admiſſa cum clauſula vel alias quouiſmodo, regula de veriſimili non habebit locum, ſi reſignans pridie illius reſignationis mortuus ſit, quia origo prouiſionis inſpicienda eſt. Gregor. tractat. de benef. cap. 32. n. 6.

Veriſimilitudo notitiæ metienda eſt ſpatio itineris à loco vbi mortuus eſt, vſque ad locum vbi collatio facta eſt, nũ veriſimiliter nuntius mortis eo tempore potuerit peruenire à die vero obitus. Qua in re iudices locorũ interſtitia perpendere debent, an poſsit ita celeriter nuntius peruenire communi natura & conſuetudine regionis, niſi celeritas

quædam incredibilis & extraordinaria proponeretur. Sũt enim aliqui curſores qui expeditítius aliis itinera peruolant, diligẽtiaq; maiori perficiunt, vt memorat Suidas Iudæum quemdam fuiſſe ſub Leone Cæſare Marciani ſucceſſore læua manu robuſtiorem, ſed valentiſſimis pedibus & celeritate præſtantem, velociorem Euchide, Aſſopo, Chryſſomanio, & Echione, & aliis qui celeritate pedum celebrabantur. Is enim, inquit, eundo conſpiciebatur, & rurſum euaneſcebat fulguris inſtar per pręcipitia, nõ currẽti magis quàm volãti similis: quam enim viam homo mutatis equis perficere non poterat, eam hũc pedibus ſuis perficere aſſerebãt: Narrat & Suidas ſimile aliquid de Philippide & Heraclito Perinæo, & Caſſiodorus lib. 14. ſacræ hiſtoriæ de quodam viro Theodoſii Imperatoris, qui tanta velocitate veredos agebat, vt tribus diebus perueniret ad terminos Romanorum & Perſarum, & rurſus totidem remearet Conſtantinopolim. Igitur ſi talis quędam velocitas in curſore deprehenderetur ad eam iudicium veriſimilis

notitiæ accommodandum eſſet, vt quiuis facilè conceſſerit.

Itaque ſi curſorum probetur in indiuiduo diligentia, certè veriſimili & ordinariæ notitiæ non erit locus, ſed veritati, vt puta ſi doceatur tempore mortis in eo loco fuiſſe curſorem, vbi mortuus & tempore mortis, & eundem curſorem ad locum vbi impetratio facta eſt, perueniſſe. Quamobrem in hac regula veriſimilitudo accipitur non de celeriore expeditione probata, vt ſi aliquis eò peruenerit, aliquando intra breuiſſimum tempus, non etiam de ſegniore, ſed quod fieri vt plerumque ſolet maritimo vel terreſtri curſu diligenti per curſores publicos diſpoſitos, vel priuatos per mutationes frequentes equorum. Gregor. lib. 17. ſyntag. cap. 17.

Ex communiter accidentibus accipiendum eſt iter terra marique in ratione diætarum ad hanc regulam pertinẽtium. Gomeſ. de veriſ. q. 5.

Itaque Trapezita qui non expedit bullas die cõuenta, tenetur ad id quod intereſt quod æſtimatur vt vſusfructus incertus vel alimenta amiſſa niſi contra doloſum. Molin. de veriſ. n. 33. 34.

Digitized by Google

Tempus in regula de veriſimili notitia computatur à die obitus, non à die procuratorii, & ex loco vbi quis deceſſit, non in quo valetudine affectus eſt. Rebuff. in praxi.

Veriſimilis notitia numeratur non à die vacationis, ſed liberæ vacationis. Molin. de veriſim. n. 74. 77. 78. 82.

Tempus veriſimilis notitiæ nunquam currit, nũquam incipit, niſi à vero obitu etiam occulto: non autem à iuſta cauſa probabilis obitus. Molin. de veriſ. n. 23. 72.

Tempus in regula de veriſimili notitia computari debet non à morte, ſed à tempore mortis publicè notæ in loco obitus. Molin. in conſuet. Pariſ. de feud. §. 36. gloſ. 10. n. 34.

A tempore ſublati impedimenti requiritur nouum tempus veriſimilis notitiæ reſpectu Papæ vel Legati, ſed non reſpectu ordinarii. Molin. de veriſim. n. 79.

Tempus veriſimilis notitiæ non incipit niſi à libera vacatione, nimirum poſt ſententiam qua quis condemnatur criminis: & beneficio priuatur. Molin. de infir. n. 392.

Digitized by Google

Currenti Romam cauſa reſignationis tempus veriſimilis notitiæ currit à tempore procurationis. Molin. de infir. n. 233. 234.

Veriſimilis notitiæ tempus iudicantium arbitrio re inquitur Lucius lib. 1, placit. tit. 4. cap. 11.

Hæc regula locum habet in iuſtè ignorante. Molin. de veriſ. n. 15. 23. ſed rumor non præſtat iuſtam cauſam ignorantiæ, niſi ex iuſtis cauſis & in loco obitus ortus ſit. n. 21. 22.

Iudicis arbitrio relinquitur quomodo abſens veriſimilem notitiam mortis alicuius habere potuerit iuxta regulam de veriſimili: & milliaria computantur non à loco habitationis, ſed à fine ipſius diœceſis: nec rationem habere debet iudex viç obliquç, ſed dies ſtatuit pro modo viæ rectæ & ſolitæ. Menoch. de arbitrio caſ. 206.

Collatio facta die obitus valet, ſi derogatum ſit regulæ de veriſimili notitia vel etiam ſine derogatione, ſi notitia potuerit peruenire ad collatorem. Rebuff. in praxi. Huc pertinet quod ſcribit Cicero in oratione pro Quintio: quam

diligens quiſque, ſit niſi tempus & ſpatium datum ſit intelligi non poteſt. Quod autem iure defectus veriſimilis notitiæ euertat reſignationem, docet multis rationibus Tiraquellus in l. ſi vnquam, in principio.

Valet collatio licet mors aut collatio ſit occulta. Molin. de veriſ. n. 24. ſed ſi in fraudē occulta ſit, non valet præuentio Papæ, niſi poſt tempus veriſimilis notitiæ à publicato obitu. n. 25. ſed non valet in fauorem occultantis, vel cuius gratiâ fuit occultata, vt ſubreptitia n. 26.

Demitur ex veriſimili notitia tempus quo dolo malo poſt mortem beneficiati cadauer vel corpus eius celatum eſt. Nam ſi quis ita celauit vt interim poſſet Romam mittere ad impetrandum beneficium mortui per obitum, & ita præuenire ordinarium, non recipitur impetratio niſi à tempore quo fuit cognitus obitus, vt iudicatum fuiſſe à Senatu refert Paponius lib. 3. Arreſtorum cap. 4. Quod & arbitror verum, ſiue is qui obtinuit ita reticuerit in fraudem, ſiue ex fraude illa alius obtinuerit, nō aliter, arg. l. 1. ſi quis aliquem teſt. prohib.

Digitized by Google

Si quis corpus defuncti celauit vt citius curreret Romam, non valet impetratio niſi à tempore cognitæ mortis, & ſi poſt reuelationẽ quis impetrauerit ab ordinario, hæc impetratio præferetur. Gregor. tractat. de benef. cap. 32. n. 5.

Dies ſeptem curſorum Pariſiis, Romam. Molin. de veriſ. n. 27.

Legatus non poteſt præuenire niſi iuxta diætas mercatorum. Molin. de veriſ. n. 28. 29. 31.

Aduerſus regulam de veriſimili notitia nec Papa in regno diſpenſat, & ita iudicatum refert Paponius lib. 3. tit. 4. vno caſu dempto, nempe ſi qui mortuus eſt antè reſignauerit beneficium in fauorem eius qui miſit Romam, & obtinuerit beneficium in vim reſignationis cum clauſula, vel alias quouis modo vacet, etiam per obitum eiuſdem reſignantis, & cum derogatione regulæ de veriſimili notitia. Nam tunc mortuo reſignante ante impetrationem, etiam breui tempore, & ante tempus quo fieri nequit vt veriſimiliter tũc peruenerit notitia mortis ad ſummum Pontificem tempore impetrationis, valet impetra-

tio illa per obitum, licet per regulam de infirmis renuntiationem impugnet: facta tamen numeratione dierũ à tempore quo quis ad curiam ſummi Pontificis profectus eſt, vſque ad tempus prouiſionis, vel admiſſæ renuntiationis: vt illud tempus ſit legitimum, etſi à die illa itineris cepti non ſit veriſimilis notitia obitus tempore prouiſionis: ſi modo appareat tempore exhibitæ procurationis, vel die precedente mortuum eſſe renuntiantem dolo & fraude & aliis impedimentis ceſſantibus, vt idem Paponius affirmat.

Non poteſt Papa regulæ de veriſimili notitia derogare. Gregor. in tractat. de benef. cap. 32. n. 7.

Regula in iure naturali & bonis moribus fundatur, nec ei poteſt à Pontifice derogari. Molin. de veriſ. n. 56.

Extra Franciam derogatio regulæ veriſimilis notitiæ reprobatur, niſi forte in gratiam alicuius viri benè meriti & excellentis. Gomeſ. de veriſ. q. 8.

Si quis beneficium impetrauerit eodem die obitus cum derogatione regulæ de veriſimili notitia obitum præceſſiſſe impetrationẽ præſumitur. Gomeſ. de veriſ. q. 6.

REGVLA DE *Idiomate.*

CAP. 34.

GREGORIVS II fuit prim⁹ auctor regulę de idiomate. Gomeſ. de idiomat. præfat.

Si cui non intelligenti idioma lòci aliqua Parochialis Eccleſiæ collata ſit, collatio nullius erit momenti. Gómeſ. de idiom. regulâ.

Neque ſolum Prælati ciues eſſe debent, ſed etiam ipſorum Vicarij & miniſtri edict. Henric. 2.

In Gallia & Hiſpania beneficia non conferuntur niſi regnicolis. Pariſ. lib. 4. de reſig. benef. q. 7.

Nationis expreſſio in literis Apoſtolicis requiritur, vt Papa vnicuique prouideat ſecundum patriam ſuam. Gomeſ. de idiom. q. 1.

Diuerſitas linguarum animorum alie-

nationem inducit. Gomeſ. de idiom. q. 1.

Rectorem Eccleſiæ duarum linguarum peritum eſſe oportet, latinæ per quam diſcat & vulgaris per quam doceat: Huic regulæ coniungi poſſunt aliæ Cancellariæ, vt regula de oriundis, regula expectatiuarum, quæ ſpecialiter diſponit nullum extra ſuam nationem gratiam expectatiuam obtinere poſſe. Ideo cenſetur gratia & impetratio ſubreptitia, ſi extern⁹ impetrat beneficium non facta mentione originis gloſ. in cap. ſi proponente in verbo mentionem de reſcript. & illic panormit. felin. ad cap. ſicut tuis de ſimon. Selua tractat. benef. part. 3. q. 26. Ratio huius regulæ eſt quia non in ſolo pane viuit homo ſed ex omni verbo quod procedit ab ore Dei. Verbi autem pabulum miniſtratur linguâ & oratione. Itaque cap. 1. 43. diſt. & cap. 14. de offic. ordin. Dicitur, in ciuitate quò confluunt diuerſarum linguarum populi præponi debere à rectore Vicarios qui linguam eorum intelligant, vt animabus illorum conuenientia poſſint exhiberi. Præter rationẽ huius regulę alia quoque ratio eſt cur exteri non

ri non admittuntur ad regimen Eccleſiarum, ne ſcilicet regni ſecreta detegant, & proditionis cauſã promoueãt l. mercatores C. de commerc. Itaque nec aliqui patres facilè admiſerunt clericum peregrinum in Eccleſia gubernanda vt docet Canon penultimus 71. diſtint. vt qui laborauerunt in Eccleſiis non poſtponantur externis vt dicitur in l. 11. c. de Epiſc. & Cleric. & in can. 13. 61. diſtinct.

Regula locum habet in electione, præſentatione, & omni genere prouiſionis, & in omni beneficio habente adminiſtrationem clauium, vel prædicationis vel iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, Molin. de idiom. n. 144.

Hæc regula locum habet etiam in ordinario, nec ei derogari poteſt per Papam. Molin. de idiom. n. 142. fundata eſt in iure diuino n. 143.

Qui linguâ tantum loquitur, non hominibus loquitur, quibus nihil adfert ſuâ voce, ſed Deo tantum loquitur, quẽ verbis non intellectis laudat: Nã quod ad cæteros attinet, quid refert vtrum taceat an loquens non intelligatur? velut afflatus ſpiritu loquitur arcana, quæ vt

O

ipſe intelligat ſecum, certè nemini communicat, & vt proſit, non prodeſt niſi ſibi vni: fruſtra igitur loquitur in Eccleſia qui à nemine auditur. Non auditur autem qui non intelligitur. Quin & quæ animæ ſunt expertia ſiue tibia ſit ſiue cithara, cum non in aliud parata ſint, quã vt ſonent, tamen niſi certos ac diſtinctos ſonos dederint qui certis harmoniis ac modulis teſtentur, aut cantionis argumentum aut affectum quò vocat cantio: hoc eſt ſi tantum ſonent, quid fructus aut voluptatis accipiet auditor, cum non dignoſcat quale ſit quod cithara tibiaue canitur, lætum an lugubre? Iam ſi tuba vocem incertam dederit, nõ ipſo cantu diſtinguens vtrum prælium iniri iuberet, an receptui canat, quid refert tubâ clangere cum miles non intelligat quò vocetur? Itidem & vos niſi linguis loquẽtes vocem edideritis, certi quiddam repræſentantes auditoribus, ſine fructu loquemini, quando non valet intelligi quod dicitur? Itaque loquẽtium vox non penetrabit in animos audientium, ſed aërem tantum feriet inani ſtrepitu verborum. Tam multa videlicèt ſunt linguarum genera in mundo,

Digitized by Google

quarum ſua cuique vox eſt. Ea quidem ab omnibus percipi poteſt; verum ſi nihil accedat voci, fruſtra vterque alteri loquemur. Etenim cum rectè ſonet ſuã linguam, tamen quoniam neuter alterum intelligit, fit vt & ego qui Græcè loquor, barbarus ſim Afro, & mihi viciſſim ille ſit barbarus Affricè neſcienti. Sanctum eſt quod tu pronuntias, & tibi fortaſſe bono eſt, verum interim populus nihilo fit melior, qui in hoc conuenit, vt ex eruditorum ſermone domum melior redeat, atque hoc diſcat in publico, quomodo priuatim ſit viuendum. Certè in Eccleſia cœtuque ſanctorum malim quemlibet paucula verba ſic loqui, vt ipſe meam intelligens vocem, efficiam vt à cæteris quoque intelligar, quàm decem millia verborum ita ſonare, vt nullus intelligat cæterorum, ac fortaſſe ne ipſe quidem. Ita eleganter in hanc ſententiam loquitur magnus Eraſmus paraphraſi in cap. 14. 1. ad Corinth.

Non ſatis eſt impetrantem in parte intelligentem eſſe linguæ & idiomatis loci, ſed planè callere illud debet, atque etiam latinum: alias etiam aperto libro

conuictus beneficio repellendus: Nam collatio illiterato facta ipſo iure nulla eſt. Molin. de idiomate n. 145. 146.

Diſpoſitio regulæ de idiomate non habet locum in prouiſionibus curati beneficii fœminis regularibus factis, vel capitulis, aut vniuerſitatibus aliquarum Eccleſiarum. Licet enim lata acceptione appellatione perſonæ tales comprehendantur, vbi tamen proprietas ſermonis & materia ſubiecta aliud requirit, aliud ſentiendum eſt. Gomeſ. de idiom. q. 2.

Cardinales non comprehenduntur ſub regula de idiomate, quia non coguntur per ſe parochialibus Eccleſiis inſeruire, cum ſint regimini vniuerſalis Eccleſiæ præpoſiti, nec comprehendãtur ſub regulis cancellariæ, niſi expreſsè in eis nominentur & generaliter in nulla diſpoſitione pœnali contineantur. Gomeſ. reg. de idiom. q. 3.

Nomen prouiſionis in regula de idiomate non continet electionem aut pręſentationem ſed, tantum liberam diſpoſitionem factam à ſuperiore ſine facto alterius. Gomeſ. de idiom. q. 4.

Regula de idiomate locum habet in

commēda parochiali. Gomeſ. de idiomat. q. 5.

Regula locum habet extra curiam. Gomeſ. de idiom. q. 6.

Quando expectatiua & gratia, perinde valere ac ſi mentio facta fuiſſet defectus idiomatis, ſunt eiuſdem temporis, hæc ſupplet defectū, & acceptatio illius virtute valet; ſi vero diuerſis temporibus conceſſæ fuerint, non ſupplet, niſi literæ fuerint expeditæ ante vacationē: Commiſſiones enim non valent literis non expeditis. Gomeſ. de idiomate. q. 7.

Qui pro parte intelligit linguam loci, & pro parte non intelligit, non videtur ſatisfacere regulæ: quia duo requirit, vt Curio intelligat & intelligibiliter loquatur. Gomeſ. de idiom. q. 8.

Si quis impetrauerit aliquod beneficium parochiale non intelligens proprium & naturale idioma loci, ſed tantum accidentale, vt ſi quis Caſtellanus impetret gratiam in regno Cantabrorū, regula iſta locum habet: quia natura præualet accidenti, adeo vt virtus & merita viri regulę derogare non poſſint, quia vbi agitur de præiudicio animarū

qualitas perſonæ nihil operatur. Gomeſ. de idio. q. 9.

Normanus poteſt habere parochiales Eccleſias in Gallia, Picardia, Burgundia, & Britania, ſi linguam loci ita loquatur vt poſſit intelligi. Gomeſ. de infir. q. 10. ſecus enim cæcus non benè duceret cæcum. ib.

Regula locum habet in Vicaria perpetua. Gomeſ. de idiom. q. 11.

Regula procedit in gratia motu proprio conceſſa, & ex certa ſcientia. Gomeſ. de idiom. q. 12.

Qui ex parentibus diuerſæ nationis & idiomatis nati ſunt, quod à matre ſint educati, non ideò paternā linguam ignorare credūtur tempore prouiſionis ſuæ, maximè ſi eâ nunc quoque loquantur. Nam in linguis quę multo tempore perdiſcuntur, ex præſenti præſumimus præteritum. Gomeſ. de idiom. q. 13.

Cum Papa derogat regulæ de idiomate, æquius eſt cæteris quoque ad eundē finem tendentibus derogari, vt regulæ de oriundis, & expectatiuarum. Gomeſ. de idiom. q. 14.

In rectore parœchiæ duæ linguæ neceſſariæ ſunt, vna vernacula & popula-

ris, altera latina. Gomeſ. de idiom. q. 15.

Regula non habet locum in beneficijs quæ lata acceptione curata appellãtur, quæ poteſtatem habent fori contentioſi, vt ſuſpendendi, excommunicandi, abſoluendi, viſitandi, & omnia quæ ad correctionem morum pertinent, vt Archidiaconus & cæteri inferiores Prælati. Igitur tota verſatur in beneficiis quæ propriè curata appellantur, quæ poteſtatem habent ligandi & ſoluendi in foro pœnitentiali, eaque locum habet, licet populus curionis receſſerit, vel ſi quod beneficium annexam curam habeat, & populo Sacramenta adminiſtrare teneatur, ſed tamen ſola poteſtas fori pœnitentialis ex priuilegio data non facit Curionem ſiue parœcia, & niſi quis curam nomine ſuo nõ alieno exerceat, & ſolus non autem cum alio, quis hoc caſu neuter Curio diceretur: item ſolus actus ſepeliendi & baptiſandi non faciũt Curionem. Gomeſ. de idiom. q. 11.

Regulam de idiomate explicauit quoque Rebuffus in praxi hac regula.

Digitized by Google

REGVLA DE TRIENnali poſſeſſore.

Cap. 35.

SI quis coloratum titulum habens non fuerit ſimoniacus vel intruſus, & per triennium pacifi: è poſſederit, tutus erit ab omni moleſtia cuiuſlibet impetrantis. Gomeſ. de triennali in regula.

Regula omnes impetrationes nullas pronuntiat, ſeu factas ante vel poſt triennalem poſſeſſionem. gomeſ. de triennali. q. 19.

Verba regulæ vt poſſeſſores pacifici nequeant moleſtari, prohibent quamlibet vexationem iudicialem aut extraiudicialem, imponunt ſilentium & denegant audientiam vt poſſeſſor eadem ſecuritate gaudeat qua qui præſcribit per 40. annos. Sed tamen hæc prohibitio moleſtiæ intelligitur de poſſeſſione tá-

tum, non autem de petitorio. Gomeſ. de triennali. q. 18.

Cum regula extinguit antiquas lites, intelliguntur quæ inter alios ante triennalem poſſeſſionem motæ fuerunt, nō quas ipſe poſſeſſor prius contra alios introduxit. Gomeſ. de triennali. q. 61.

Regula de triennali eſt extra ius commune, & quod ad fructus attinet non excuſat eum qui non fecit profeſſionem fidei. Pariſ. de reſig. lib. 10. q. 9. n. 5. & 6.

Quæſtio de triennali non habet locum in poſſeſſorio, ſed in petitorio tantum. Gomeſ. de triennali. q. 11. quod tamen apud nos non obtinet.

Concilium Baſileenſe fuit author huius regulæ. Gomeſ. de triennali præfat.

Celebritas ternarij cauſa triennij definiti in hac regula. Gomeſ. de triennali q. 1.

Non eſt mirandum ſi vis tituli colorati amittatur ob negligentiam petendi ius ſuum intra triennium, cum iure communi multis alijs cauſis negligentia multò grauioribus & acerbioribus

pœnis puniatur, de quibus latè diſſerit Gomeſius de triennali q. 28. vt contrà multa ſunt commoda diligentiæ, de quibus nonnulla etiam ibidem diſſeruntur.

Tres anni pacificæ poſſeſſionis numerandi ſunt ab executione citationis non à ſola impetratione vel libelli oblatione, ſed potius à litis conteſtatione. Carond. lib. 2. reſp.

Triennium regulæ debet eſſe continuum non interruptum. Gomeſ. de triennali. q. 20.

Communis opinio eſt triennium huius regulæ currere aduerſus minorem, 14. annorum omni caſu: licet quidam exiſtiment hoc tantum obtinere cum agitur de lucro captando minoris, ſecus cum agitur de damno vitando. Gomeſ. de triennali. q. 15.

Auctori impedito ad locum beneficij accedere ad citandum poſſeſſorem vel peſte vel caſu bellorum deducitur tempus triennij ſi impedimẽtũ probauerit: ſi tamen prorogationem temporis obtineat à Pontifice, non opus eſt probatione. Gomeſ. de triennali. q. 57.

Intruſi ad effectum regulæ dicuntur

tribus modis. Primo, qui nullum habet titulum verum vel præſumptum, vel qui habent ab eo qui non poteſt cõferre, vel ſimoniaci, aut reſeruatum beneficium poſſidentes. Gomeſ. de triennali q. 47.

Quia intruſus non dicitur qui habet titulum coloratum, is qui obtinuit poſſeſſionem virtute executorialium ſine citatione partis non videbitur intruſus. Gomeſ. de ſubrog. q. 4.

Neque vero intruſus erit per hanc regulam qui poſſeſſionem ingreditur virtute tituli ſine authoritate ſuperioris. Gomeſ. de triennali. q. 47.

Regula de triennali non habet locum in ſimoniaco reali vel conuentionali non ignorante ſimoniam, & ante collationem non poſt: conuentionalis tamen quia non eſt ipſo iure priuatus, videtur poſſe iuuari hac regulâ. Gomeſ. de triennali. q. 12.

Decretum de pacificis nunquam locum habet vbi poteſt appellari abuſus causâ, quia tunc nõ eſt titulus colorat⁹. Molin. de infir. n. 206.

Decretum de pacificis non habet locum contra habentem iuſtam ignoran-

tiam, & contra aliũ litigantem: & actor ſuccumbens in hoc decreto, perdit tantum beneficium decreti, ſed vincens vincit omnino. Molin. de infir. n. 318. 319.

Simoniacus iuuari nequit titulo de pacificis. Molin. de publicand. n. 30.

Simonia tantum conuentionalis non impedit decretum de pacificis poſſeſſoribus, vt a Senatu Tholoſano iudicatum refert Menardus libr. 1. quæſt. cap. 58.

Deuolutarius qui beneficium impetrauit aduerſus eum qui ſtipulatus eſt ſibi reddi aut reſtitui beneficium cum voluerit, repelli non poteſt triennali poſſeſſione, quia iſta pactio ſimoniam redolet. Carond. lib. 1. reſponſ.

Regula de triennali habet locum in omnibus caſibus, præterquam in ijs qui verbis ipſius regulæ expreſſi ſunt, & contenta eſt poſſeſſione colorata ex titulo colorato. Cod. Fabr. de ſacr. Eccleſ. defin. 5.

Hæc regula poſſeſſorem defendit ab exceptione regulę de exprimendo vero valore. Gomeſ. de triennali. q. 51.

Beneficium prorogationis huius regulæ alicui conceſſum cedi alteri non poteſt quò ſe tueatur aduerſus triennalem poſſeſſorem. Gomeſ. de triennali. q. 23.

Clauſula impetrantis vt tempus detentionis habeatur pro expreſſo, non obſtantibus regulis, operatur tantum in detentione, non in poſſeſſione triennali, nec per eam videtur regulæ derogatum. Gomeſ. de triennali. q. 1.7

Reſignatarius qui non publicauit iuxta regulam, nixus tamen poſſeſſione pacifica, regula triennali defenditur. Molin. de public. à Num. 26. vſque ad 33. Hæc enim regula non tollit colorem tituli qui à multis circunſtantijs non liquidis pendet. n. 33.

Regula defendit poſſeſſorem beneficij contra habentem regreſſum in ſpecie ad illud, ſi hoc ſciuerit vacationem beneficij ad quod regreſſum habebat, ſecus ſi ignorauerit niſi ignorãtiâ craſſa & ſupinâ. Gomeſ. de triennali q. 49.

Regula locum habet in commendis perpetuis, quia titulis comparantur. Gomeſ. de triennali q. 5.

Regula locum habet in hoſpitalibus

quæ dantur in titulum. Gomeſ. de triennali. q 7.

Hæc regula etiam ſpurium ſeu illegitimum poſſeſſorem cum titulo colorato defendit. Gomeſ. de triennali. q. 2.

Tuetur etiam regula fœminam poſſidentem dignitatem vel adminiſtrationem, ſi fuerit à Pontifice conceſſa, aliàs ſecus. Gomeſ. de triennali. q. 3.

Item locum habet in officijs Eccleſiaſticis perpetuis. Gomeſ. de triennali. q. 6.

Regula locum habet in beneficio iuriſpatronatus. Gomeſ. de triennali. q. 9.

Contrà regula de triennali non iuuat non promotum qui intra certum tempus promoueri iuſſus, non paruit. Cod. Fabrian. de ſacroſ. Eccleſ. defin. 72.

Niſi poſt ſententiam manſerit in poſſeſſione per triennium continuum, nam ex illa triennali poſſeſſione præſumitur diſpenſatus, ſaltem ad tempus, dummodo diſpēſationem alleget. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defi. 90.

Regula de triennali non habet locum

in poſſeſſore inhabili & incapaci, vt oſtendimus lib. 1. action. forenſ. cap. 34.

Triennalis poſſeſſor exhibens titulum inualidum, iuuari poteſt regula de pacificis, ſed non qui vitioſo nititur. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defin. 5.

Non habet locum in vnito beneficio. Gomeſ. de triennali. q. 8.

Vnio quæ nullam habuit executionem, non impedit pacificam poſſeſſionem, vt iudicatum refert. Papon. lib. 8. tit. 9.

Hæc regula non habet locum in feudo Eccleſiaſtico. Gomeſ. de triennali. q. 4.

Hæreticum hæc regula non tuetur. Gomeſ. de triennali. q. 52.

Regula non defendit ſpoliatorem violentũ, imo nec ſi ſit non violentus. Gomeſ. de triennali q. 11. Niſi ſubrogatus in ius ſpoliati tantum agens contra ſpoliatorem, tunc enim defenditur hac regula ſpoliator, niſi ſubrogatus ſit expreſsè in ius ſpolij, vel in litem aut ius defuncti. Item ſpoliator non defenditur hac regulâ quando ius perſequendi

ſpolij ceſſum eſt, vel quando ſpoliatus agit contra ſucceſſorem ſpoliantis, vel cum ſubrogatus in ius ſpolij agit contra ſucceſſorem ſpoliantis. Gomeſ. de triennali. q. 11.

Spoliato ſuccuritur etiam aduerſus triennalem poſſeſſorem. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defi. 73.

Cum Papa contulit ſemel beneficium ſibi reſeruatum, ceſſat reſeruatio, itaque is cui poſtea conferetur ab ordinario, defendi poterit hac regulâ, niſi collatio manſerit in ſola ſuppplicatione ſine literis: vel Papa contulerit ſuo familiari: vel prouiſus per Papam ante acceptationem collationis moriatur, vel denique niſi prouiſio per Papam viâ Commendæ facta fuerit. Et quod dicitur collatione Papæ expirare reſeruationem, locum habet, licet Papa ipſe non conferat, ſed mandet mitti in poſſeſſionem. Item ſi poſſeſſor beneficij reſeruati vacantis in curia poſtea prouiſus à Papa fuerit, illudque deinceps per triennium pacificè poſſederit, poterit defendi hac regula, vt videtur Gomeſ. de trienn. q. 30. ſed nunc eiuſmodi reſeruationes ſublatæ ſunt in Gallia.

Ad

Digitized by Google

Ad effectum huius regulæ dicitur titulus coloratus quando eſt à conferente habente poteſtatem conferendi, qua nec à iure nec ab homine priuatur. Imo poſſet conferens priuari à iure vel ab homine, & tamen titulus eſſe coloratus videlicet ſi titulus non obtineatur per ſimoniam, vel de beneficio reſeruato, reſeruatione in corpore iuris clauſa, quæ ſunt duæ ſolæ exceptiones regulæ, ſi tamen conferens iſte contulerit contra formam datam à reſignante, non erit titulus coloratus. Gomeſ. de triennali. q. 27.

Ad effectum huius regulæ ſufficit titulum eſſe coloratum, id eſt conceſſum ab eo qui habet poteſtatem conferendi, licet aliàs nō fuerit validus & perfectus: & acceptum ab eo qui non ſit merè laicus, vel Iudæus vel fœmina ſimplex. Item ſufficit titulum eſſe præſumptum licet non apareat: præſumitur autem titulus, ſi quis probet ſe poſſediſſe per decem annos & ſtatim allegauerit titulum in ſpecie, velut ex collatione ordinarij, item ſi adſit patientia ſuperiorum, & ſi hi ſoliti ſint beneficiarios ſibi ſubditos viſitare. Verum cum iſto præſum-

Digitized by Google

pro titulo adijcere oportet poſſeſſionem triennalem quæ omnibus imponat ſilentium. Sola enim poſſeſſio decennalis poteſt tueri poſſeſſorem cum titulo præſumpto, ſed tamen reliquis non poteſt imponere ſola ſilentium. Gomeſ. de triennali. q. 26.

Hæc regula non requirit bonã fidem vt titulum coloratum. Gomeſ. de triennal. q. 42.

Debet initio poſſeſſionis eſſe titulus coloratus non interueniente medio tẽpore. Gomeſ. de triennal. q. 45.

Regula de triennali iuuat poſſeſſorem allegantem titulum coloratum, etiamſi nullus exhibeatur. Cod. Fabr. defi. 5. de ſacroſ. Eccleſ.

Titulum coloratum habere non dicitur cui ordinarius contulit beneficium quod alterum per ſententiam abſtulerat, de cuius actis non conſtat. Gomeſ. de triennali. q. 33.

Titulus coloratus quem requirit regula probari poteſt confeſſione actoris. Gomeſ. de triennali. q. 36.

Poſſeſſori triennali ſufficit ad coloratũ titulum bullia penſionis pro reſignante poſſeſſoris. Gomeſ. de triennali. q. 39.

Digitized by Google

Allegans pacificam poſſeſſionem titulum exhibere debet, licet aduerſarius non exhibeat ſuum, vt à Senatu iudicatum refert Paponius. lib. 8. arreſt. tit. 9.

Regula locum habet in incompatibili vel execrabili aut nõ promoto intra annũ ad ſacros ordines ſi habeat titulum coloratum vel ſi eo non ſit priuatus per ſententiam alias ſecus. Gomeſ. de triennali. q. 10.

Quando conſtat ſub expectatiua non comprehendi beneficium, qui poſſidet litigioſum aliquod vacans vi expectatiua, non dicitur habere coloratum titulum. Gomeſ. de triennali. q. 40.

Si duobus collitigantibus de beneficio ordinarius contulit tertio per obitum vnius collitigantium, deinde tertius pacificè poſſederit per triennium, habebit titulum coloratum. Gomeſ. de triennali. q. 41.

Sola electio vel præſentatio non dat titulum coloratum ad effectum huius regulæ, niſi electio facta ſit ab ijs qui confirmandi habent poteſtatem, Gomeſ. de triennali. q. 35.

Præſentatus & inſtitutus ad capellam

teſtatoris pendente vita vxoris, contra voluntatem teſtantis, nihilominus habet titulum coloratum, ad effectum huius regulæ. Gomeſius de triennali. q. 32.

Pacificus poſſeſſor iuuari non poteſt poſſeſſione ſui prædeceſſoris. ſed ſi impetrauerit ab Epiſcopo ſine præſentatione patroni, nihilominus cenſetur habere titulum coloratum ad pacificam poſſeſſionem conſequendam, vt à Senatu Tholoſano iudicatum refert Menard. lib. 1. quæſt. cap. 64.

Impetrans à Papa beneficium vacans in curia, & ſic reſeruatum reſeruatione in corpore iuris clauſa, licet illud taceatur, nihilominus habet titulum coloratum. Gomeſ. de triennali. q. 29.

Regula locum habet in titulo præſumpto prouenientc ex ſolo curſu temporis 10. annorum. Gomeſ. de triennal. q. 5.

Poſſidens ex collatione capituli de cuius poteſtate non conſtat, non habet titulum coloratum. Gomeſ. de triennali q. 37. At ſi noua prouiſio impetrata fuerit in curia pro abſente, titulus fiet coloratus. q. 38.

Digitized by Google

Si titulus coloratus triennalis poſſeſſoris, reducatur ad non titulum, veluti ſi renuntians, cuius renuntiatione ius quę ſiuerat mortuus ſit in poſſeſſione poſt ſex menſes, non iuuatur hâc regula. Gomeſ. de triennali, q. 18.

Electus à Capitulo & cõfirmat' ab Epiſcopo excõmunicato & publicato, dicitur nihilominus habere titulũ coloratũ, quod & accidit in multis ſimilibus iuris articulis. Gomeſius de triennali. q. 28.

Reus poſſidens tenetur quidem oſtendere & probare titulum ſuum, ſed actor probare debet non eſſe coloratum. Gomeſ. de triennali. q. 28.

Pacificus poſſeſſor quod ad effectum huius regulæ & ſimilium, eſt cui non mouetur cõtrouerſia iudicialis. Gomeſ. de triennal. q. 53.

Non deſinit pacificè poſſidere cui de rebus beneficij mota eſt controuerſia, ſi de titulo lis mota non fuerit. Gregor. tractat. de benef. cap. 25. n. 10.

Citatione nullâ & vitioſâ, poſſeſſio pacifica de qua loquitur regula, non interrumpitur. Gomeſius de triennali. q. 34.

Poſſeſſor per ſolam commiſſionem

cauſæ & decretum ſolius citationis ita litem introducit, vt interrumpat poſſeſſionem pacificam, nec poſſit defendi hâc regula licet per decem annos poſſederit. Gomeſ. de triennali. q. 56.

Si appellatio extraiudicialis fuit interpoſita principio poſſeſſionis triennalis, vel in medio, & poſt poſſeſſionem pacificam deſerta fuit, nihilominus hęc interumpitur: ſi vero appellationem & deſertionem ſecuta ſit poſſeſſio triennalis & finita, dicendum quoque erit, poſſeſſionem non eſſe pacificam. Gomeſ. de triennali. q. 54.

Pacificus poſſeſſor non turbatur per litem inter alios agitatam ſuper eodem beneficio, vt iudicatum à ſenatu refert Papon. lib. 8. areſt. tit. 9.

Poſſeſſio decurrens poſt citationem à procuratore factam ſine mandato, fit pacifica per triennium, ſi à triennio Dominus citationem ratam habuerit. Gomeſ. de triennali. q. 59.

Poſſeſſor citatus vi commiſſionis cõtinentis hanc clauſulam, Dummodo ante terminum ad articulandum literas expedierit, & quod interim beneficium non cenſeatur litigioſum &c. & poſt ci-

tationẽ trienio poſſidẽs, nihilominus erit pacificus. Gomeſ. de triennali. q. 63.

Si poſſeſſor triennalis confiteatur per literas ſe habuiſſe notitiam citationis contra ſe decretæ ante completum triennium, nihilominus erit pacificus. Gomeſ. de triennali. q. 55.

Totum triennium poſſeſſionis reſignantis debet eſſe continuum tempore primi reſignatarij, vt præſumatur retroceſſio facta in reſignantem, nec ſufficit illud continuari partim primi partim ſecundi reſignatarij tempore. Sed ad effectum huius regulæ, triennium illud ſatis continuũ eſt, cum nõ fuit interruptũ, licet plurium tempore continuatum. Gomeſ. de triennali. q. 16.

Poſſeſſio triennalis non poteſt interrumpi ab eo qui patronum laicum conuenerat vt ab eo præſentaretur, & non eſt pręſentatus, quia nullum impedimẽtum factum eſt poſſeſſori vt docuimus 1. action. for. cap. 41.

Si capta poſseſſione per amicum vituli colorati ſine mandato poſseſsor poſt biennium ratum habeat, deinde annum integrũ poſſideat, non efficietur ideo triennalis in præiudicium impe-

trantis à Papa. Gomeſ. de triennali. q. 59.

Canonicus qui poſſedit per triennium non poteſt expelli à capitulo, vt iudicatum à Senatu refert Papon. lib. 8. areſt. tit. 9.

Exceptio regulæ quæ competebat poſseſsori quam tamen non oppoſuit, poſt amiſsam ab eo poſseſſionẽ tribus ſententijs, ab eodem non poteſt opponi in iudicio reſtitutionum in integrum cum clauſula ſi de bono iure conſtiterit, niſi à pontifice eſset reſtitutus etiam ad ius amiſsum. gomeſ. de triennali. q. 25.

Poſseſsor triennalis cum titulo ſolum colorato, non poteſt agere poſt triennium contra habentem verum titulum ad recuperationem fructuum perceptorum: ſed tantum aduerſum intruſum ſine titulo, qui aliquam partem fructuum occupaſset. Gomeſius de triennali. q. 60.

Prorogatio ſeu interruptio regulæ de triennali facta ab vno litigantium contra poſseſsorem triennalem, non prodeſt cæteris accedentibus ad litem intra tempus prorogatum quidem, ſed poſt

triennalem poſſeſſionem. gomeſ. de triennali. q. 21.

Reſignans per renuntiationem perfectam ex cauſa permutationis, qui per triennium manſit in poſſeſſione, exceptione regulæ aduerſus tertium impetrantem tueri ſe non poteſt, niſi retroceſſionem re vera habuerit à reſignatario. gomeſ. de triennali. q. 24.

Triennij præſcriptio non nocebit ei olim qui regaliorum iure beneficium petit ab eo qui alio iure nititur: ſed noua conſtitutione vetus ius inoleuit, & pacifica poſſeſſio etiam contra regaliſtam locum habet à tempore conſtitutionis. Conſtitut. Regia anni *1606*.

Longa & pacifica beneficij iam reſignati poſſeſſio, magis eſt detentio quã poſſeſſio, itaque cum titulo qui reſignationem præceſſit nunquam colorata eſſe poteſt. Eſt enim generale & perpetuum, vt poſſeſſio à iure damnata nunquam iuuet poſſeſſorem. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defi. *56*.

Beneficium permutatum & poſtea reſignatum ab vno permutantium, tertio qui per triennium illud poſſedit pacificè, à reſignante repeti non poteſt

ſub prætextu quod beneficium compermutatum litigioſum factum eſt. Carond. lib. 1. reſponſ.

Qui obtinuit ſententiam vindiciarum iuuatur poſt eam triennali & pacifica poſſeſſione vt à Senatu iudicatum refert Papon.lib.8.tit.9.

Succeſſor in beneficio titulo permutationis vel alias, non poteſt contra tertium impetrantem, vti exceptione regulæ competenti prædeceſſori ex ſua triennali poſſeſſione. Gomeſ. de triennali. q.13.

Si euictum fuerit beneficium quod quis ex cauſa permutationis acceperat, nec ratio nec æquitas patitur, vt ſuum repoſcenti exceptio triennij obſtet cap. ſi beneficia de præb.in 6.

Qui tenetur vota profiteri, niſi profiteatur non poteſt iuuari poſſeſſione triennali, vt oſtendimus.lib.1. actio. forẽſ. cap. 34.

Subrogatus in iure & ad omne ius quod quomodolibet competebat defuncto, etiam ratione poſſeſſionis perſecutionis & defenſionis litis & cauſæ in eo ſtatu in quo erat defunctus, triennalis poſſeſſor non poteſt vti exceptione re-

gulæ, niſi id ſpecialiter ei concedatur à Papa. Gomeſ. de triennali. q. 14.

Qui parœciam impetrauerat in ciuitate & intra annum promotus non erat nec graduatus, iuuatur decreto de pacificis, ſi ante impetrationem deuolutarij factus eſt ſacerdos, & gradum adeptus eſt, vt à Senatu Tholoſano iudicatum refert Menardus lib. 1. quæſtionū cap. 55. Sed idem iudicauit hoc decretum no poſſe prodeſſe ei qui ſine gradu poſſedit parœchiam per trienniū in vrbe mœnibus cincta vt idem refert. cap. 56.

Qui beneficium impetrauit ſine conſenſu patroni laici, iuuatur poſſeſſione triennali ſi impetrauerit ab eo qui poteſtatem habebat conferendi, & ſi patronus laicus fuit requiſitus, vt oſtendimus lib. 1. act. forenſ. cap. 41.

Triennalis & pacificus poſſeſſor beneficij ſuſtinetur regula de triennali, licet inter alios Senatus pro aliquo vindicias decreuerit. Carond. lib. 1. reſponſ.

Si quis per duos annos vi alicuius tituli poſſederit, tertio vero titulum adiunxerit fortaſſe meliorē, ſi prior titulus eſſet

coloratus, nunquam videbitur prior poſseſſio mutata, & iuuabitur hâc regula: ſecus ſi priorem poſseſſionem mutaſse demonſtretur. gomeſ. de triennali. q. 46.

Reſignatarius poſſidens per triennium, cui ſequeſter reſignauit qui impetrauit beneficium per obitum vnius cōtendentium, iuuatur decreto de pacificis. Carond. lib. 2. reponſ.

Licet triennalis poſseſsor omnes fructus non poſſideat, non deſinit tamen eſse pacificus, quia ſufficit eum maiorem partem poſsediſse. gomeſ. de triennali. q. 60.

Poſſidens per triennium vi impetrationis viuentis, ſi poſsideat triennio poſt mortem eius iuuatur hac regula, ſecus ante mortem. Gomeſ. de triennali. q. 44.

Vtrum interruptio poſseſſionis triennalis facta citatione vnius proſit cæteris omnibus, controuerſum eſt: ſed tamen æquius videtur prodeſſe, donec vitium litigioſi per ſententiam purgatum fuerit. gomeſius de triennali. q. 22.

Si quis per triennium beneficium

Digitized by Google

poſſiderit ſine ſolutione penſionis, defendi non poteſt hâc regulâ, cum agitur aduerſus eum ad priuationem & regreſſum. Gomeſius de triennali. q. 50.

Triennalis poſſeſſio non introducit vnionem, ſed illa quæ 40. annorum eſt, qua omni actione Eccleſia excluditur. Cuiac. de diuerſ. tempor. cap. 31.

Hanc regulam de triennali explicuit etiam Rebuffus in tractatu de pacificis poſſeſſoribus, & in concordatis.

nem non poteſt obijci à reſignatario cui prouiſum fuit per obreptionem. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defi. 92.

Expreſsio nominis poſseſsoris in impetratione reſpicit formam ſubſtantialem nec ſufficit exprimere per æquipollens. Gomeſ. de annali.q.30.

Iure communi non eſt mentio poſseſſoris neceſsaria niſi colorati, vt hac regula Molin.de annali.n.128.

Non quidem tenetur impetrans exprimere titulum aut poſseſsionem detentoris, ſi probabilem habeat ignorãtiam: ea tamen ignorantia impetrantis non tollit ius alteri quæſitum. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ.defi.50.

Aduerſarij detentio aſinina & quanto tempore durauerit, exprimi debet, ſecus gratia nulla eſt. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ.defi.81.

Nobilitatem hîc exprimi voluit regula, quia nobilitatis multa ſunt priuilegia cuius intuitu multa pontifex concedere vel negare poteſt. Gomeſ. de annali. q. 37.

Gradus in hac regula capitur pro prærogatiua dignitatis vel doctrinæ: & ſi plures

plures ſint gradus ſufficiet exprimere digniorem, qui gradus ad effectum huius regulæ communi famâ probari poteſt. Gomeſ. de annali q. 36. Occultum autem gradum nemo ſcire tenetur. ibid.

Requiritur expreſſio cauſæ in impetratione vt Papa moueatur ad cõcedendam gratiam. Gomeſius. de annali. q. 39.

Tempore in prima & ſecunda parte regulæ conſtituto comprehenduntur omnes dies feriati & vtiles, tempore vero tertiæ partis, vtiles tantum. Gomeſ. de annali. q. 73.

Numerus annorum poſſeſſoris exprimendus eſt, ſi impetrans poſtulet derogari huic regulæ: & tunc ſufficit indefinitè tempus exprimi. Gomeſ. de annali q. 38.

Sex menſes regulæ numerari debent à die commiſſionis cauſæ Gomeſ. de annali. q. 67.

Sex menſes regulæ de annali poſſeſſore, intra quos impetrans litem mouere tenetur, in Gallia extenduntur ad annum, nec vltra. Gregor. lib. 17. ſyntag. cap. 16.

Dies feriati ſolemnes non extraordi-

trantis à Papa. Gomeſ. de triennali. q. 59.

Canonicus qui poſſedit per triennium non poteſt expelli à capitulo, vt iudicatum à Senatu refert Papon. lib. 8. areſt. tit. 9.

Exceptio regulæ quæ competebat poſseſsori quam tamen non oppoſuit, poſt amiſsam ab eo poſseſſionē tribus ſententijs, ab eodem non poteſt opponi in iudicio reſtitutionum in integrum cum clauſula ſi de bono iure conſtiterit, niſi à pontifice eſset reſtitutus etiam ad ius amiſsum. gomeſ. de triennali. q. 25.

Poſseſsor triennalis cum titulo ſolum colorato, non poteſt agere poſt triennium contra habentem verum titulum ad recuperationem fructuum perceptorum: ſed tantum aduerſum intruſum ſine titulo, qui aliquam partem fructuum occupaſset. Gomeſius de triennali. q. 60.

Prorogatio ſeu interruptio regulæ de triennali facta ab vno litigantium contra poſseſsorem triennalem, non prodeſt cæteris accedentibus ad litem intra tempus prorogatum quidem, ſed poſt

triennalem poſſeſſionem. gomeſ. de triennali. q. 21.

Reſignans per renuntiationem perfectam ex cauſa permutationis, qui per triennium manſit in poſſeſſione, exceptione regulæ aduerſus tertium impetrantem tueri ſe non poteſt, niſi retroceſſionem re vera habuerit à reſignatario. gomeſ. de triennali. q. 24.

Triennij præſcriptio non nocebit ei olim qui regaliorum iure beneficium petit ab eo qui alio iure nititur: ſed noua conſtitutione vetus ius inoleuit, & pacifica poſſeſſio etiam contra regaliſtam locum habet à tempore conſtitutionis. Conſtitut. Regia anni 1606.

Longa & pacifica beneficij iam reſignati poſſeſſio, magis eſt detentio quã poſſeſſio, itaque cum titulo qui reſignationem præceſſit nunquam colorata eſſe poteſt. Eſt enim generale & perpetuum, vt poſſeſſio à iure damnata nunquam iuuet poſſeſſorem. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defi. 56.

Beneficium permutatum & poſtea reſignatum ab vno permutantium, tertio qui per triennium illud poſſedit pacificè, à reſignante repeti non poteſt

ſub prætextu quod beneficium compermutatum litigioſum factum eſt. Carond. lib. 1. reſponſ.

Qui obtinuit ſententiam vindiciarum iuuatur poſt eam triennali & pacifica poſſeſſione vt à Senatu iudicatum refert Papon.lib.8.tit.9.

Succeſſor in beneficio titulo permutationis vel alias, non poteſt contra tertium impetrantem, vti exceptione regulæ competenti prædeceſſori ex ſua triennali poſſeſſione. Gomeſ. de triennali. q.13.

Si euictum fuerit beneficium quod quis ex cauſa permutationis acceperat, nec ratio nec æquitas patitur, vt ſuum repoſcenti exceptio triennij obſtet cap. ſi beneficia de præb.in 6.

Qui tenetur vota profiteri, niſi profiteatur non poteſt iuuari poſſeſſione triennali, vt oſtendimus. lib. 1. actio. forẽſ. cap. 34.

Subrogatus in iure & ad omne ius quod quomodolibet competebat defuncto, etiam ratione poſſeſſionis perſecutionis & defenſionis litis & cauſæ in eo ſtatu in quo erat defunctus, triennalis poſſeſſor non poteſt vti exceptione re-

Digitized by Google

gulæ, niſi id ſpecialiter ei concedatur à Papa. Gomeſ. de triennali. q. 14.

Qui parœciam impetrauerat in ciuitate & intra annum promotus non erat nec graduatus, iuuatur decreto de pacificis, ſi ante impetrationem deuolutarij factus eſt ſacerdos, & gradum adeptus eſt, vt à Senatu Tholoſano iudicatum refert Menardus lib. 1. quæſtionũ cap. 55. Sed idem iudicauit hoc decretum nõ poſſe prodeſſe ei qui ſine gradu poſſedit parœchiam per trienniũ in vrbe mœnibus cincta vt idem refert. cap. 56.

Qui beneficium impetrauit ſine conſenſu patroni laici, iuuatur poſſeſſione triennali ſi impetrauerit ab eo qui poteſtatem habebat conferendi, & ſi patronus laicus fuit requiſitus, vt oſtendimus lib. 1. act. forenſ. cap. 41.

Triennalis & pacificus poſſeſſor beneficij ſuſtinetur regula de triennali, licet inter alios Senatus pro aliquo vindicias decreuerit. Carond. lib. 1. reſponſ.

Si quis per duos annos vi alicuius tituli poſſederit, tertio vero titulum adiunxerit fortaſſe meliorẽ, ſi prior titulus eſſet

coloratus, nunquam videbitur prior poſseſſio mutata, & iuuabitur hâc regula: ſecus ſi priorem poſſeſſionem mutaſse demonſtretur. Gomeſ. de triennali. q. 46.

Reſignatarius poſſidens per triennium, cui ſequeſter reſignauit qui impetrauit beneficium per obitum vnius cōtendentium, iuuatur decreto de pacificis. Carond. lib. 2. reponſ.

Licet triennalis poſseſsor omnes fructus non poſſideat, non deſinit tamen eſse pacificus, quia ſufficit eum maiorem partem poſsediſse. Gomeſ. de triennali. q. 60.

Poſſidens per triennium vi impetrationis viuentis, ſi poſsideat triennio poſt mortem eius iuuatur hac regula, ſecus ante mortem. Gomeſ. de triennali. q. 44.

Vtrum interruptio poſſeſſionis triennalis facta citatione vnius proſit cæteris omnibus, controuerſum eſt: ſed tamen æquius videtur prodeſſe, donec vitium litigioſi per ſententiam purgatum fuerit. Gomeſius de triennali. q. 22.

Si quis per triennium beneficium

Digitized by Google

poſſiderit ſine ſolutione penſionis, defendi non poteſt hâc regulâ, cum agitur aduerſus eum ad priuationem & regreſsum. Gomeſius de triennali. q. 50.

Triennalis poſseſſio non introducit vnionem, ſed illa quæ 40. annorum eſt, qua omni actione Eccleſia excluditur. Cuiac. de diuerſ. tempor. cap. 31.

Hanc regulam de triennali explicuit etiam Rebuffus in tractatu de pacificis poſseſsoribus, & in concordatis.

Digitized by Google

REGVLA DE *Annali poſſeſſore.*

CAP. 36.

REGVLA de annali poſſeſſore vtilis eſt & ſeruatur in Francia. Rebuff. in praxi, in hac regula.

Regula de annali realis eſt. Molin. de annali.n.117.

Eugenius quartus primus auctor eius regulę, quę primũ alijs verbis ſcripta eſt: ſed Nicolaus quintus primus edidit ea forma quæ nunc videtur. Gomeſ. de annali, præfat.

Impetrans beneficium per annum ab alio poſſeſſum, debet non gradum, & nobilitatem poſſeſſoris, & tempus poſſeſſionis, & cauſam vacationis exprimere, & intra ſex menſes in iudicium vocare poſſeſſorẽ, & intra annum perſequi vſque ad ſententiam definitiuam, ſecꝰ gratia nulla eſt, & impetrãs dãnatur

& id quod intereſt præſtare tenetur & 50. Florenos Cameræ Apoſtolicæ, nec alio genere vacationis vllis literis beneficium illud tunc poterit impetrare. Gomeſ. de annali in regula.

Verba regulæ non continent cauſam finalem eius, ſed impulſiuam. Gomeſ. de annali. q. 1.

Comprehenſa in hac regula conſtituunt formam. Gomeſ. de annali q. 6.

Non ſufficit exprimere in genere, ſed quinque exprimenda ſunt. Molin. de annali. n. 125.

Cum poſſeſſor habet plura nomina, ſi expreſſione vnius certæ perſonæ non cognoſcatur, omnia ſunt exprimenda. gomeſ. de annali. q. 31.

Nomen poſſeſſoris contra quem impetratur, integrum ſcribere oportet, non per compendium, vt vitetur incertitudo. gomeſ. de annali. q. 32.

Impetratio beneficij an valeat, non facta mentione poſſeſſionis aduerſarij, explicat Tiraquellus in l. ſi vnquam, in verbo reuertantur. n. 448.

Vitium obreptionis ob non expreſſam aduerſarij non promoti poſſeſſio-

nem non poteſt objicià reſignatario cui prouiſum fuit per obreptionem. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defi. 92.

Expreſsio nominis poſseſsoris in impetratione reſpicit formam ſubſtantialem nec ſufficit exprimere per æquipollens. Gomeſ. de annali.q.30.

Iure communi non eſt mentio poſseſſoris neceſsaria niſi colorati, vt hac regula Molin.de annali.n.128.

Non quidem tenetur impetrans exprimere titulum aut poſseſsionem detentoris, ſi probabilem habeat ignorãtiam : ea tamen ignorantia impetrantis non tollit ius alteri quæſitum. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ.defi.50.

Aduerſarij detentio aſinina & quanto tempore durauerit, exprimi debet, ſecus gratia nulla eſt. Cod. Fabr. de ſacroſ.Eccleſ.defi.81.

Nobilitatem hîc exprimi voluit regula, quia nobilitatis multa ſunt priuilegia cuius intuitu multa pontifex concedere vel negàre poteſt. Gomeſ. de annali. q. 37.

Gradus in hac regula capitur pro prærogatiua dignitatis vel doctrinæ : & ſi

plures

plures ſint gradus ſufficiet exprimere digniorem, qui gradus ad effectum huius regulæ communi famâ probari poteſt. Gomeſ. de annali q. 36. Occultum autem gradum nemo ſcire tenetur. ibid.

Requiritur expreſſio cauſæ in impetratione vt Papa moueatur ad cōcedendam gratiam. Gomeſius. de annali. q. 39.

Tempore in prima & ſecunda parte regulæ conſtituto comprehenduntur omnes dies feriati & vtiles, tempore vero tertiæ partis, vtiles tantum. Gomeſ. de annali. q. 73.

Numerus annorum poſſeſſoris exprimendus eſt, ſi impetrans poſtulet derogari huic regulæ: & tunc ſufficit indefinitè tempus exprimi. Gomeſ. de annali q. 58.

Sex menſes regulæ numerari debent à die commiſſionis cauſæ Gomeſ. de annali. q. 67.

Sex menſes regulæ de annali poſſeſſore, intra quos impetrans litem mouere tenetur, in Gallia extenduntur ad annum, nec vltra. Gregor. lib. 17. ſyntag. cap. 16.

Dies feriati ſolemnes non extraordi-

Digitized by Google

natij non ſubducuntur impetranti, ſed tempore à regula ſtatuto comprehenduntur. Gomeſ. de annali. q. 72.

Annus cuius regula mentionem facit, currit impetranti etiam ignoranti eſſe annalem poſſeſſorem. Gomeſ. de annali. q. 84.

Verba regulæ, nullatenus litigioſum antea cenſeatur, intelliguntur de gratia ſi neutri vel ſubrogationis ante tempus improbitatis detectæ impetrantis, Nam de impetratis poſt, non fuit neceſſe ſtatuere. Gomeſius de annali. q. 79.

Regula in ſecunda parte decernit beneficium non fuiſſe litigioſum, vt oſtendat impetrantem, licet alias regulam ſeruauerit, tamen propter ſuam improbitatem ex defectu iuris pœnas incurrere. Gomeſ. de annali. q. 80.

Id quod intereſt de quo loquitur regula conſideratur non reſpectu beneficij, ſed incommodi & impenſarũ quas patitur poſſeſſor ratione litis. gomeſ. de annali. q. 40.

His verbis regulæ & inde ſecuta nullius ſint firmitatis, nouæ prouiſiones, regreſſus, aut eiuſmodi ſimilia non cõ-

prehenduntur, ſed acta iudicialia & poſſeſſio capta vi impetrationis. Gomeſ. de annali. q. 78.

Poſſeſſio annalis huius regulæ non interrumpitur per citationem vitioſè factam, licet peruenerit ad notitiam citati, ſed tantum per moleſtiam turbantem fructus vel poſſeſſionem: aliud enim factum aliud conatus. Aliud tamen eſſet ſi citatio nulla geminaretur & citatus compareret. Citatio etiam bona & valida non interrumpit poſſeſſionem, cum apparet litem fuiſſe calumnioſam. Gomeſ. de annali. q. 5.

Poſſeſſio annalis de qua loquitur regula, debet eſſe continua, non interrupta. Gomeſ. de annali. q. 77.

In regula de annali poſſeſſore, non recipiens fructus nihilominus dici poteſt pacificè poſſidere titulum beneficij. Rebuff. in praxi hac regula.

Clauſula regulæ in fine appoſita ad ſuperiores partes eius non refertur, ſed ad vltimam tantum. Gomeſ. de annali. q. 82.

Hæc regula non eſt pœnalis, ſed omnino fauorabilis. Molin. de annali n. 127.

Digitized by Google

Regula nec titulum nec bonam fidem poſſeſſoris requirit, nec ligat ordinarios Molin. de annali. n. 120.

Huic regulæ per verba generalia non cenſetur derogatum. Molin. de annali. n. 124.

Hæc regula tuetur minorem poſſeſſorem beneficij curati ſine diſpenſatione. Gomeſ. de annali. q. 33.

Cum regula loquitur de vacatione beneficiorum, comprehendit modos vacandi inductos per Cancellariã, vt ingreſſum religionis, contractum matrimonij aſſecutionem alteri⁹, &c. Gomeſ. de annali. q. 35.

Hæc regula defendit poſſeſſorem etiam hæreticum. Gomeſ. de annali. q. 52.

Impetrans ſatisfecit primæ parti huius regulæ quando ipſe citatus eſt à poſſeſſore intra ſex menſes. Gomeſ. de annali. q. 65.

Hæc regula non requirit titulum poſſeſſoris, cum regula de triennali eum requirat quia non tã gratia poſſeſſoris cõſtituta eſt, quàm in odiũ impetranttis. Gomeſ. de annali. q. 8.

Regula defendit illegitimum poſſeſſorem annalem, licet de eius Clericatu

ordinatione vel diſpenſatione non cō-ſtet. Gomeſ. de annali q. 58.

Non defendit regula poſseſsorem priuatum beneficio ob non ſolutionem penſionis. Gomeſ. de annali.q.53.

Regula plane delet titulum impetrantis, quod non facit regula de triennali, quod illa puniat impetrantem niſi multa imperata perficiat, hæc autem nihil præſcribit impetranti. Gomeſ. de annali.q.83.

Regula procedit in omnibus beneficijs tum ſimplicibus quam curatis. Gomeſ.de annali.q.18.

Regula locum habet etiamſi impetretur ex noua priuatione ſecuta poſt annalem poſseſsionem, atque etiam per extrauagantem execrabilis, vel aliàs quouiſmodo. Molin. de annali. n.118. 119.121.

Vtrum regula locum habeat aduerſus impetrantem beneficium, contra capitulum alicuius Eccleſiæ, poſseſsorem annalem controuerſum eſt. Gomeſ. de annali.q.12.

Regula locum habet in beneficijs iuriſpatronatus laicorum.Gomeſ.de annali.q.27.

Item locum habet in reſignante poſſeſsore, ſed non aduerſus reſignatarium. Molin. de annali. n. 123.

Regula de annali locum habet etiam ſi Papa conferat impetranti motu proprio, vero vel ficto. Molin. de annali. n. 113. 114.

Regula locum habet aduerſus eum qui ante ſuam impetrationem poſseſsorem ante completum annũ à poſseſsione deiecit. Gomeſ. de annali. q. 13.

Item locum habet in incapaci vel laico. Molin. de annali. n. 124.

Item ſi poſseſsor non percipit fructus. Molin. de annali. n. 133.

Regula locum habet etiam in ſpoliatore non tamen violento. Molin. de annali. n. 122.

Item locum habet licet impetretur poſt obitum poſseſsoris. Molin. de annali. n. 116.

Regula locum habet in beneficiis commendatis. Gomeſius de annali. q. 26.

Item etiamſi beneficium vacet in curia. Molin. de annali. n. 134.

Item locum habet regula etiamſi impetretur beneficium per alterius aſse-

quutionem, vel non promotionem. Gomeſ. de annali. q. 55.

Regula locum habet licet impetretur beneficium vacans ex perſona alterius quàm poſseſsoris annalis. Gomeſ. de annali. q. 34.

Regula de annali locum habet in eo qui reſeruauit ſibi omnes fructus. Pariſ. de reſign. benef. lib. 6. q. 1. n. 44.

An regula locum habeat in Epiſcopatibus, controuerſum eſt. Gomeſ. de annali. q. 19.

Regula locum habet in impetratione gratiæ ſi neutri. Gomeſ. de annali. q. 27.

Vtrum exceptio regulæ locum habeat in beneficijs reſeruatis, controuerſum eſt, ſed tamen æquius eſt non habere. Gomeſ. de annali. q. 23.

Item regula non habet locum in adminiſtratione perpetua data per teſtatorem, nec in altaribus ſeu oratorijs. Gomeſ. de annali. q. 20.

Item locum habet etiam in legato, non autem in ordinario. Molin. de annali. n. 115. 119. 123. Contra.

Hæc regula non habet locum apud

Digitized by Google

legatum vel ordinarium. Gomeſ. de annali.q.9.

Regula locum non habet licet notoriè conſtet de non iure. Molin. de annali.n.130.

Regula non habet locum in reſignatario poſſeſſoris, nec ſi beneficium poſſidetur vt vnitũ. Molin. de annali.n. 136. 137.

Hæc regula non habet locum in impetrante gratiam motu proprio quæ in dubio non præſumitur. Gomeſ. de annali.q.10.

Regula non habet locum in penſione impoſita beneficio per annum poſſeſſo, niſi pẽſio daretur in titulum. Gomeſ. de annali.q.21.

Impetranti impedito non currunt tempora regulæ. Gomeſ. de annali q.71. ſi tamen impedimentum tollere nõ potuit. ib.

Regula non habet locum in poſſeſſore beneficij, quod numquam habuit fructus, ſecus, ſi beneficium habuerit aliquando & adhuc habere ſperatur. Gomeſ. de annali.q.47.

Sed non iuuatur regulâ reſignans, reſeruatis fructibus tantum, quorum

poſseſsio durat per annum. Gomeſ. de annali.q.60.

Regula non habet locum in beneficijs conſiſtorialibus, Gomeſ. de annali. q.24

Iſta regula non habet locum in eo qui poſt ſententiam contra ipſum latam quæ tranſiuit in rem iudicatam, poſsedit per annũ, quia ſine executione ſententiæ remanent reliquiæ litis: ſecus eſt ſi ſententia fuerit in gratiam & commodum poſseſsoris. Gomeſ. de annali. q. 44.

Regula non habet locum in monaſterijs monialium, niſi ſoleant impetrari. Gomeſ.de annali.q.11.

Regula de annali non habet locum in conſiſtorialibus.Pariſ. de reſig.benef. q.2 n.7.

Regula de annali non habet locum quando exponitur partem non habere titulũ quando illi derogatũ eſt,& quando in ſignatura eſt appoſita illa clauſula, quod maior ſpecificatio fieri poſsit nominis, gradus, nobilitatis & temporis, poſseſsionis, &c. Rebuff. in praxi hâc regulâ.

Hæc regula non habet locum in of-

Digitized by Google

ficiis ſecularibus. Gomeſ. de annali. q. 17.

Hæc regula defendit quemlibet poſſeſsorem etiam inhabilem, niſi inhabilitas eſset talis vt rem non poſset detinere, vel in defectu tituli notorio poſita eſset, ſecus ſi de titulo tantum dubitetur. Gomeſ. de annali. q. 51.

Spoliator non violentus poteſt hac regula iuuari, ſecus de violento. Gomeſ. de annali. q. 64.

Inhabiles vt heretici, ſeruantes regulam, non tamen poſſunt impetrare beneficium annalis poſſeſſoris. Gomeſ. de annal. q. 3.

Duorum collitigantium de beneficio vno mortuo ſi tertius in eius locum gratioſe ſubrogatus fuerit, & alter collitigans ſubrogationis neſcius obtinuerit ſententiam contra omnes ſuâ intereſſe putãtes, cuius vi per annum poſſederit, non videtur ideo poſſeſſor pacificus vt regulam ſubrogato poſſit obiicere. Gomeſ. de annali. q. 70.

Sufficit tempore ſuſpenſionis petitorii, impetrantem omnes terminos ſuper petitorio ſeruare. Gomeſ. de annali. q. 74.

Digitized by Google

Si per iudicem ſteterit quo minus impetrans cauſam poſſit intra annum terminare, debet proteſtari iudici per ſe non ſtare quo minus cauſam definiat. Gomeſ. de annali. q. 75.

Sed tamen loco proteſtationis ſufficiet impetranti probare impedimentum. Gomeſ. de annali. q. 76.

Regula non loquitur de expenſis, quia accedunt damno de quo fit mentio, vel ſub eo comprehenduntur in iudicialibus. Gomeſius de annali. q. 41.

Item videtur ſatisfeciſſe regulæ de cætero cum intra tempus definitum obtinuit ſententiam ſuper poſſeſſorio quod petitorii cauſam annexam habeat, quale eſt poſſeſſorium adipiſcendæ poſſeſſionis. Gomeſ. de annali. q. 66.

Si ex actis apparet poſſeſſorem annalem conuentum allegaſſe priuilegium regulę, licet expreſsè eam non opponat, quia tamen eam produxit, impetrans repelli poterit à iudice. Gomeſ. de annali. q. 4.

Regula defendit poſſeſſorem annalem etiam execrabilem. Gomeſ. de annali. q54.

Hæc regula prætermiſſa in prima inſtantia, poteſt in ſecunda & tertia opponi. Gomeſ. de annali. q. 5.

Vtrum impetrans poſſit allegare poſſeſſionem annalem aduerſarii ad excludendum ius tertii allegatum, quod poſſeſsio ab impetrante oppugnata ſit tanquam ſimoniaca, valde controuerſum eſt. Gomeſ. de annali. q. 61.

Non omnis priuandus beneficio propter crimen poteſt beneficio renunciare, ſed ita demum ſi ignorat impetrationẽ ab alio factam fuiſſe, ſecus ſi ſciat. Gomeſ. de annali. q. 42.

Primus reſignans poſſeſſor annalis defendi poteſt iſta regula contra tertiũ, reſignatarium ſecundi reſignantis. Gomeſ. de annali. q. 56.

Lis ſuper poſſeſſorio tantum, interrumpit pacificam poſſeſsionẽ. Gomeſ. de annali. q. 29.

Exceptio huius regulæ locum habet aduerſus reformationem primæ gratiæ, quæ nulla erat quod non eſset ſatisfactum regulæ. Gomeſius de annali. q. 29.

Sequeſtrum verbale appoſitum beneficio per iudices ſeculares ſine conſen-

ſu partium non impedit pacificam poſſeſsionem regulæ. Gomeſ. de annali. q. 46.

Sufficit pacificam poſſeſſionem adeſſe poſſeſſori tempore impetrationis, licet poſtea deſinat. Gomeſ. de annali. q. 50.

Poſt probatam annalem poſſeſſionem & regulam productam, non poſſunt partes tacitè vel expreſsè regulæ renuntiare. Gomeſ. de annali. q. 7.

Annalis poſſeſſor renuntians beneficio ſuo in fauorem alterius, & poſt renuntiationem in poſſeſſione per annum pacificè remanens non iuuatur iſta regula contra impetrantem beneficium per obitum reſignatarij. Gomeſ. de annali. q. 57.

Impetrans impugnans poſſeſſionem annalem, eam poſtea non poteſt approbare opponendo regulam cōtra ius tertij. Gomeſ. de annali. q. 16.

Si imperrans primam partem regulæ non ſeruauerit, poſſeſſor annalis interim dici poterit pacificus, vt fieri poſsit triennalis. Gomeſ. de annali. q. 81.

Cum quis poſſedit beneficium vt vnitum per annum, abſoluitur aduerſus

eum qui ipſum impetrauit vt non vnitum, ſi poſſeſsionem ſuam probauerit, licet non ſatis conſtet de vnione. Gomeſ. de annali.q.25.

Vtrum derogatio regulæ facta in cõmiſsione ad iudicem primæ inſtantiæ directa, iuuet impetrantem ratione ſubrogationis vel gratiæ ſi neutri impetratæ apud iudicem ſecundæ inſtantiæ, cõtrouerſum eſt. Gomeſius. de annali. q. 15.

Si quis per annum poſſederit pacificè ſed ſub duobus Pontificibus, hac regulâ venit adiuuandus. Gomeſ. de annali. q.59.

Exceptio huius regulæ tranſit ad ſucceſſorem contra impetrantem. Gomeſ. de annali. q. 63.

Impetrans impeditus ab annali poſſeſſore ne cauſam expediret intra annum, excuſatur à pœnis regulæ. Gomeſ. de annali.q. 14.

Impetranti beneficium eius quem priuari petit ob crimen obſtat regula ſi is ſit priuatus ipſo iure, vel ob non ſolutam penſionem: ſed ſi priuandus ſit per ſententiam, quia tunc regulæ non erit locus. Gomeſ. de annali.q.42.

Digitized by Google

Impetrans mortuo poſſeſſore iam prius citato, tenetur perſequi cauſam vſque ad ſententiam definitiuam intra annum aduerſus ſucceſſorem vel reſignatarium. Gomeſ. de annali. q. *69*.

Item in hac regula currit tempus impetranti à die citationis factæ. Gomeſ. de annali. q. *68*.

Poſseſsori in cuius gratiam hæc regula condita eſt non obſtat confeſsio procuratoris ſui, quæ infertur ex commiſſione cauſæ facta intra annum aduerſus poſseſsorem, quam ipſe poſseſsor poſt annum ratum habuit. Gomeſ. de annali. q. 48. ſed euidenti probatione opus eſt ad demonſtrandum poſseſsionem non fuiſse pacificam.

Si poſseſsor annalis intra annum datum ad perſequendum cedat, impetrãs non tenetur perſequi ceſsionarium: Item ſi impetrans cedat intra ſex menſes ceſsionario, non tenebitur perſequi poſseſsorem, ſecus ſi poſt ſex menſes cedat. Gomeſ. de annali. q. *62*.

Poſseſsori non obſtat commiſsio cauſæ aduerſus eũ nomine procuratoris alterius, quam commiſsionem poſt annũ

ratam habuit auctor Gomeſ. de annali. q. 49.

Cæterum multis de cauſis vacant beneficia poſſeſſorum, ac primum propter crimen.

Neque enim ethnicos & gentiles imitamur, qui Pontificatum etiam damnatis non auferebant, vt notauit Caſsiodorus in formula patritiatus. Mox vt datus fuerit, inquit, in vitæ tempus reliquum homini fit coæuus, ornatus indiuiduus, cingulum fidele, quod neſcit ante deſerere, quàm de mundo homines contingat exire. Credo ad ſimilitudinem pontificatus vnde venerat, rem fuiſse formatam: quia ſacerdotiũ non deponunt, niſi cũ vitæ munera derelinquunt. Sic Plutarchus in quæſtionibus Romanis auguribus hoc ius proprium fuiſse ait, vt ne damnati quidem ſacerdotio priuarentur: ſed tamen de reliquis negat diſertè. Certè

Priuandi ſunt male ſe gerentes in officio Eccleſiaſtico, ne dum paruum vulnus in ijs negligitur, inſanabile accreſcat apoſtema, quod niſi ferro altius abſcindatur, fomentorum ſentire non poteſt medicinam, vt loquitur Papa

Siluerius

Siluerius in ſententia contra Vigilium.

Sic Paulus Epiſcopus Alexandrinus homicidij reus factus atque damnatus in exilium eiectus eſt, ſubrogato in eius locum Zoilo, vt fuſius narrat Hiſtoria Eccleſ.

Regulariter crimen non priuat beneficio ipſo iure, excepto aſsaſsinatu & hæreſi. Molin. de infir. n. 374. 386.

Leuius aliquod peccatum concupiſcentiæ non affert damnum & iacturam beneficij, ſed grauiora tantum, quale eſt eius Sacerdotis quem ſcribit Eraſmus ducentas virgines conſtupraſse.

Vt tamen quis priuetur beneficio ex ſuperioribus cauſis, ſententiam priuationis ſequi neceſse eſt vt docet deciſio Tholoſana. 208. Itaque

Vbicunque quis priuatus eſt ipſo iure, poteſt beneficium ſtatim conferri, ſed collatarius non poteſt poſseſsorem deturbare niſi poſt ſententiam. Molin. de infir. n. 374. 385. 388.

Si pontifex delegauerit ad inquirendum de crimine, & conuicti beneficium conferendum impetretur, duplex eſt abuſus. Molin. de infir. n. 381.

Valet ergo renuntiatio beneficij per

R

priuandum poſt inquiſitionem ac poſt ſententiam perpetui carceris latam contra homicidam, ac etiam poſt acceptationem expectantis: quia per illam ſententiam beneficio priuatus non fuit. Gomeſ. de annali. q. 42.

Beneficium ipſo iure vacans per delictum, vel ex cauſa infamante, non poteſt ante ſententiam declaratoriam impetrari, vel ante mortem aut abdicationem. Molin. de infir. n. 369.

Homicidium & quæuis irregularitas extinguit mandata, nominationes, & quaſuis expectatiuas & ius ad rem, non autem in re quæſitum. Molin. de infirm. n. 397.

Accuſato tanquam innocente abſoluto, valet alienatio vel reſignatio interim ſponte facta. Molin. de infir. n. 379. Sed ſi abſoluatur gratiâ, prouiſio Papæ vel legati nulla erit, & ordinarij conualeſcet. n. 380.

In crimine læſæ maieſtatis non fit confiſcatio ipſo iure, ſed tãtum interdicitur adminiſtratio. Molin. de infir. n. 393.

Beneficia non vacant ipſo iure per contumaciam, etiam ex cauſa hæreſis. Molin. de infir. n. 395. Nec ſententia

per contumaciam lata facit ius aduerſus alios. ib. Nec Eccleſia iudicat aut ligat occulta. n. 396.

Beneficium eius qui priuatur, vacare ibi cenſetur vbi ipſe reperitur. Gomeſ. de impetrant. q. 7.

Sed hoc in beneficio priuatis annotatione dignum eſt, quod Sacerdos, cuius cura nouatus ager eſt & reddendis fructibus idoneus, habet vſũ fructum illius donec vixerit, ex concilio Toletano, licet ſacerdotio abdicatus ex crimine. cap. vlt. de pecul. Cleric. & ibi Innocentius & Panormitanus. Nec enim committendum eſt vt Clericus operam illam & impenſam meritò lugeat perijſſe, vt Theodoſius & Valentinianus ſcripſerunt in l. vlt. C. de alluuion.

Per aſſecutionem ſecundi beneficij ſub eodem tecto dubitatur vtrum vacet primum, per ea quæ notantur in cap. literas de conceſſ. præbend. tamen cancellaria Romana expedit literas tanquam pro vacante: Nam magis odioſum eſt in eadem Eccleſia plura habere beneficia quàm in diuerſis. Panor. in cap. de multa de præbend. Felin. in cap. in noſtra de reſcript. cap. 1. de conſuet. in

Digitized by Google

6. poteſt tamen quis ſine diſpenſatione habere beneficium in eadem Eccleſia, & capellam non curatam etiam requirentem celebrationẽ, Lapus allegat. 116. Itaque narrat Suetonius in Auguſto principem iſtum nũquam voluiſſe pontificatum auferre viuo Lepido, ſed eius mortem expectauiſſe.

Punitur qui impetrat ſecundum incompatibile. Molin. de infir. n. 301. Etiamſi diſpenſationem Bullæ ad hæc extẽdi putet, licet aliàs iuris error excuſet in damnis vitandis, quia hîc ius reſiſtit n. 302. Nec minor ætas excuſatur. n. 303. 305.

In beneficiis incompatibilibus ceſſat incompatibilitas, quandiu alterutrum non poſſidetur pacificè & ſine controuerſia, non eſt autem pacificus qui patitur controuerſiam poſſeſſionis. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defi. 31.

Duo prioratus ſimplices ſimul ab eodem ſine diſpenſatione poſſunt occupari.

Cæterum ſacris concilijs definitum eſt filios Clericorum illegitimos vlla beneficia vel penſiones obtinere poſſe

in Eccleſia in qua pater habet vel habuit beneficium.

Si quis factus ſit miles, beneficio priuatur, Iulius clarus, §. fi. q. 73. verſ. item Clericus.

Si quis per ſimoniam prębendam cōſecutus ſit, ea priuatur. Vigellius in Methodo iuris controuerſi lib. 3. cap. 3. regula 32.

Concordatum vitioſum de reſignatione beneficij cum retentione factum Pontifici probatum, facit vacare beneficium non obſtante publicatione, ſi reſignans obiit in poſſeſſione. Molin. de publicand. n. 293. 294.

Si quis multatus ſit exilio perpetuo, beneficium amittit, Iulius Clarus §. fi. q. 73. verſ. pariter etiam.

Sæpè Senatus noſter iudicauit, Aduocatum non eſſe incapacem beneficiorum niſi criminaliter cauſam perſequatur agendo & accuſando, non autem defendendo.

Si quis in hæreſim lapſus ſit, priuatur beneficio, Iulius Clarus in §. hæreſis, verſic. 16.

Controuerſum eſt inter iuriſconſultos, vtrum ſi pater Clerici hæreticus ſit

factus, vel hæreticos receperit, filius beneficium amittat, vt videre eſt apud Couarruuiam lib. 2. reſolut. cap. 8. n. 4. 5. & 6.

Sola ſuſpicio hæreſis deſtituebat olim prælatos, vt Macarius Hieroſolymorum Epiſcopus cum ſediſſet annos duos, ex ſuſpicione dogmatum Origenis pulſus eſt, & ei ſucceſſit Euſtochius: ſed poſtquam damnauit Origenem, reſtitutus eſt, & ſedit annos quatuor, vt Euagrius lib. 4. cap. 36. & Nicephorus. lib. 17. cap. 26. ſcripſere.

Beneficia Abbatis electi & confirmati poſt adeptam pacificam poſſeſſionem vacant ante benedictionem. Gregorius lib. 15. ſyntag. cap. 13. n. 14.

Reſignans in manu laici, non niſi cauſâ cognitâ priuandus eſt. Molin. de infir. n. 346.

Prælatus imperitus & indignus dignitate priuatur, excepto Papa, Iulius Clarus §. fin. quæſt. 73. verſ. prælati in principio.

Beneficia ſpectantia ad nominationem Regis, non poſſunt vacare in curia, niſi per obitum naturalem. Molin. de infir. n. 406.

Digitized by Google

Si quis continentiam non ſeruauerit vel vxorem duxerit, beneficio priuatur, Vigell. Methodo iuris pontific. lib. 3. cap. 3. regul. 37.

Clerici coniugati in Gallia beneficium amittunt. Mainardus lib. 4. quæſt. 55.

Si quis aduerſus Apoſtolicam ſedem contumax ſuſpenſus fuerit: & per annũ in ſuſpenſione manſerit, beneficio priuatur. Iulius Clarus §. fin. q. 73. verſic. item Clericus.

Ingratitudo aduerſus eum qui contulit beneficium, non priuat beneficio. Iulius Clarus. §. donatio q. 21. verſic. ſed hic quæro.

Senatoris Clerici beneficia vacant, ſi interſit iudicio cauſæ criminalis, vt ſæpè iudicatum eſt.

Poſſeſſor beneficij ſuâ culpâ in id incidens vt officium facere non poſſit, priuatur beneficio. Tiraquell. in tractatu cauſa ceſſante, limitat. 23. n. fi.

Excommunicatus per annum vel triennium, priuatur beneficio, vt annotauit Marcus Senator Gratianopolitanus in deciſionibus ſuis.

Si quis fuerit excommunicatus be-

neficio priuatur, quod diſtinguitur apud Iulium Clarum §.fi.quæſt.73.verſic.pariter etiam, & apud Boer. deciſ. 290.

Falſæ doctrinæ qualitas gratiam vitiat, licet Papa vel Legatus de illa non curent. Molin. de infir. n. 146.

Papa non fit irregularis ob bellum iuſtum, Marcus quæſt. 548.

Quibus modis beneficia vacent cauſâ irregularitatis vt vocant, explicat latè Paulus Borgueſius tractatu de irregularitatibus & cenſuris ſuper eis, & Simo Maiolus in libro de irregularitatibus.

Si poſſeſſor beneficij ceſſauerit à diuinis, præbenda priuatur, Iulius Clarus §. fi. quæſt. verſic. pariter. Intruſus quoque & violentus amittit beneficium.

Sic Siluerius Papa Vigilium damnauit quod ſeipſum intruſiſſet in ſedem Apoſtolicam: ſic enim decet fidem ſanctorum Patrum in Eccleſia ſeruari Catholica, vt quod habuit amittat, qui improbabili temeritate quod non accepit aſſumpſerit, vt ipſe in illa ſententia loquitur.

Si quis abſit ab Eccleſia ſua priuatur beneficio: cuius tamen theorematis

multæ ſunt exceptiones & circonſtantiæ de quibus conſulendus eſt Vigellius in Methodo iuris controuerſi. lib. 3. cap. 3. regula 35.

Gratiæ omnes à Pontifice factæ de beneficijs vacaturis per promotionem ad Eccleſias cathedrales, ante dictam promotionem, vt etiam diſpoſitiones factæ à promouendis, nullæ ſunt, de qua regula legendus eſt fuſius Pariſius lib. 3. de reſignat. benefi. q. 6.

Quid ſi Epiſcopus ignoret an beneficiatus abſens mortuus ſit? tutius faciet ſi in Eccleſia beneficij citationem ſeu vocationem trinam aut peremptoriam propoſuerit, eumque poſtea intra tempus edicti non venietem priuet beneficio, illudque alij conferat iuxta formam ex tuæ deuotionis, de Cleric. non reſident. Greg. tractat de benef. cap. 32. n. 4.

Olim Papa ſolebat parochiales Eccleſias etiam ciuitatum & oppidorum imperitis & indoctis conferre, vel iure præuentionis, vel per mandata. Molin. de infir. n. 273. 276. 278. Sed Henricus 2. correxit errorem Papæ in parochialibus Eccleſijs regni ſui. n. 279.

Digitized by Google

Nec Papa nec Legatus derogare poſſunt dicto §. Statuimus, tribuenti Eccleſias parochiales qualificatis. Molin. de infir. n. 275.

In parochialibus Eccleſijs non ſufficit tempus ſtudij ſine gradu. Molin. de infir. n.280.

Pontifex non poteſt reſtituere capacitatem ad effectum retroactiuum. Molin. de infir. n. 398. nec reſtitutio quæ non fit per viam iuſtitiæ retrò trahitur in præiudicium tertij. n. 399.

Plures alias cauſas quibus beneficia amittantur videre potes clariſſimè explicatas apud Vigellium in Methodo iuris Pontificii lib. 3. cap. 7. regula 72. & ſequent.

Item multos alios modos amittendi beneficia, ſeu vacationis illorum videre quiuis poterit apud Gregor. lib. 17. cap. 17. ſyntag. & in noua inſtitutione beneficiorum cap. 24. 25. 26. 27. & apud Duarenũ toto lib. 4. de beneficijs, & lib. 6. cap. 1. & 2. & lib. 8. cap. 4. 5. & 6.

Porro deuolutarius non poteſt vti alia ſpecie vacationis quàm expreſſa. Molin. de annali. n. 126.

Digitized by Google

Sæpè in deuolutarios pulchrè conuenit illud Ciceronis in oratione pro Seſtio, vt appetant fana & templa Dei non colendi, ſed violandi cauſa, & illud Eraſmi; Harpyæ & Vultures multis mēſibus præſentiūt cadauer futurū.

Impetranti in forma iuris, qui petit aliquem priuari propter crimen, non obſtat regula de annali Pariſ. de reſignat. benef. libr. 3. quæſt. 16. n. 67.

Incapacitas poſſeſſoris poſt eius mortem non probatur, ſi diu tacuerit poſt impetrationem. Rebuff. in praxi, regulâ de annali.

An impetrans beneficium per annum pacificè poſſeſſum ab alio, poſſit illud reſignare, & de regula de annali multa notatu digniſſima legenda ſunt apud Pariſium lib. 3. de reſig. benef. q. 5.

Non cenſetur improbus litigator qui annalem poſſeſſorem in ius trahit ſi meritò & ex cauſa id faciat. Gomeſ. de annali. q. 2.

Non admittitur deuolutarius ad perſecutionem iuris, niſi prius electo domicilio apud iudicem vbi litigatur, & data cautione iudicatum ſolui, edict. Henric. 2. licet poſſeſſor magnis criminibus

appetatur, vt iudicauit Senatus anno. 1581.

Tenentur deuolutarii nominare locum originis & domicilii, vel per ſe vel per ſpecialem procuratorem ante conteſtationem cauſæ, Areſto ſenatus menſe Maii, anno 1588.

Si tamen impetrauit deuolutarius aduerſus reſignantem, & poſſeſſionē ceperit ante reſignatariū, ſatiſdare non tenetur ſi doceat de incapacitate reſignantis vt Senat' iudicauit mēſe Iulio āno 1598.

Tenentur deuolutarii litem conteſtari intra tres menſes à die poſſeſſionis adeptæ, & litem penitus inſtruere intra biennium, ſecus iure ſuo cadunt, edict. Henric. 3.

Collatio iure deuoluto per incapacitatem poſſeſſoris facta ante tempus non valet, licet poſtea deuolutionis tempus acciderit, vt iudicatum fuiſſe Boërius & Paponius teſtantur.

Fraudi vertitur deuolutario ſi fructus percipiat beneficii nō ſatiſdatò iudicatum ſolui, vt iudicauit noſter Senatus anno 1598. Cupiſio & Bardio agētibus.

Si deuolutarius pendente lite poſſeſſionem beneficii ipſo facto ingrediatur

iure poſſeſſionis omnino cadet, neque vlla ſequeſtratio decernetur. Edict. Hēric. 2. & 3.

Deuolutarius qui primus apprehendit poſſeſſionem, ſatiſdare non tenetur, vt docuimus libro action. forenſ. cap. 31.

Deuolutarius non tenetur ſatisdare, niſi id petat aduerſarius, & id minus ſi poſt litem conteſtatam petatur vt iudicatum à Senatu refert Loüetius in Areſtis.

Deuolutarius perceptos fructus beneficii reſtituere tenetur cum damnis, & eo quod intereſt, vt iudicatum fuiſſe à Senatu refert Papon. lib. 8. areſt. tit. 5.

Plures impetrationes iure deuoluto factæ non valent de varijs beneficiis, niſi de prima ſit iudicatum, vt Senatus Rotomagenſis iudicauit.

Nomine tamen Deuolutariorum non intelliguntur graduati, nominati & indultarii, & alij impetrantes certo modo in vim graduum & nominationum.

Beneficium dicitur in curia vacare ſtatim atque procuratorium factum eſt in partibus ad reſignandum in curia: &

Digitized by Google

locus renuntiationis attenditur. Marc. part.2.q. 137.

Beneficia prorata vacant per Cardinalatum. Marc.part.1.q. 1345.

Electus ante confirmationem poſſeſſionem accipiens & adminiſtrans priuationis pœnam incurrit. Marc. part. 1. 434.

Homicida beneficio ipſo iure non niſi ſententia interuenerit, priuatus eſt. Marc. parit.2.q.398.

Laicus admittitur quando agitur ad priuationem beneficii. Marc. part. 2. q. 698.

Quæſtio quæ mouetur ſuper priuatione beneficij, an ciuilis dicatur. Marc. part.2.q. 699.

Filius ob patris læſæ maieſtatis crimen beneficio priuandus non eſt.marc.part. 1.q.1111.

Præbendæ quæ diſtinctæ non ſunt, ſed in communi percipiuntur, non dicũtur vacare per mortem canonici. Marc. part.1. q.1129.

Sentẽtiã excõmnunicationis qui per annũ paſſus eſt non priuatur beneficio. Marc.part.2.q.654.

An propter abſentiam quis beneficio priuetur.Marc.part. 2. q. 679.

Digitized by Google

REGVLA DE *ſubrogandis collitigantibus.*

Cap. 37.

LITERÆ ſubrogationis non ſunt gratiæ, ſed iuſtitiæ in beneficijs. Molin. de public. n. 421.

Duo ſunt genera ſubrogationum, vnum per obitum collitigantium, quippe ſi fuerint plures collitigantes, ſuperſtites omnes poſſunt intra menſem ſubrogari: alterum quando collitigans lite pendente cadit in tertium non collitigantem. Gomeſ. de ſubrogand. præfat.

Cum vnus collitigantium vult cedere in alium non collitigantem, lite pendẽte, datur derogatio regulæ cum clauſula, modo non fiat ceſſio in potentiorem, quæ tamen fieri poteſt ſi collitigans ſententiam obtinuerit pro ſe contra omnes collitigantes. Gomeſ. de ſubrogand. q. 1.

Digitized by Google

Collitigans debet intra menſem ſubrogari vt fruatur beneficio regulæ, & tunc impetrationes quorumcumque aliorum nõ collitigantiũ ante iſtã ſubrogationem collitigantis factæ non valẽt, niſi collitigans obtinuerit derogationẽ huius regulæ. Gomeſ. de ſubrogand. q. 1.

Regula habet locum extra curiam apud ordinarium vel Legatum, niſi in Britannia. Gomeſ. de ſubrogand. q. 2.

Cum is qui litem introduxit ſine literis, petit ſe ſubrogari per obitum eius contra quem litem inſtituit, regulæ non eſt locus. Gomeſ. de ſubrogand. q. 3.

Subrogatus collitigans qui obtinuit poſſeſſionem in vim executoriarum ſine citatione facta parti condemnatæ, non comprehenditur hæc regula. Gomeſ. de ſubrog. collitig. quæſt. 4.

Subrogatus ad ius familiaris Cardinalis lite pendente mortui non tenetur facere mentionem nominis & tituli Cardinalis. Gomeſ. de ſubrogand. q. 5.

Regula procedit in iure quæſito per præſen-

præſentationem collitiganti defuncto, ſed vtrũ locũ habeat in reliquis iuribus, ad rem, controuerſum eſt. Gomeſ. de ſubrog. q. 6.

Subrogatio non habet locum cum agitur de priuatione beneficij ob crimen vel penſionem non ſolutam, niſi iam ſit lata ſententia priuationis. Gomeſ. de ſubrog. q. 7.

Regula non habet locum in ſubrogatione facta per obitum collitigantis familiaris Cardinalis, vel in gratia, ſi neutri, perinde valere, vel ſimilibus impetrationibus. Gomeſ. de impetrant. q. 8.

Si duobus litigantibus tertius ſuperuenerit, & vnus collitigantium moriatur, alter vero petat ſubrogari, cum clauſula quatenus non tollatur ius quæſitum ſi de iure tertii conſtet ex actis, valebit ſubrogatio, ſi iſtius iuris Papa mentionem fecerit. Gomeſ. de ſubrogand. q. 8.

Subrogatus in litem & ius defuncti non cenſetur ſubrogatus in poſſeſſionẽ, cum poſſeſſionis nulla mentio facta eſt, niſi ſubrogatio ſit gratioſa. Gomeſ. de ſubrogand. q. 9.

Digitized by Google

In hac regula menſis numeratur non à tempore ceſſionis,ſed præſtiti conſenſus apud notarium Cancellariæ: aut ſi ſubrogatio fiat per obitum collitigantis, numeratur à tempore obitus. Gomeſ.de ſubrogand.q.10.

Dicuntur collitigantes qui litigant ſuper titulo eiuſdem beneficii. Gomeſ.de ſubrogand.q. 12. apud eumdem iudicē, ib.

Regula locum non habet quando lis eſt introducta per reſcriptum ſubreptitium. Gomeſ.de ſubrogand. quæſt. 11.

Si vnus ex duobus præſentatis collitigantibus moriatur, patroni alium ad dictum beneficium preſentare non poſſunt nec dare nouum collitigantem.Gomeſ.de ſubrogand.q. 13.

Si tertius petat ſubrogari in locum eius qui ſententiam obtinuit & ante eius executionem mortuus eſt, non erit locus regulæ, niſi condemnatus aduerſus ſententiam fuerit reſtitutus. Gomeſ.de ſubrogand.q.14.

Regulæ in fauorem Cardinalium nūc paſſim derogatur,quod iniquū eſt. Go-

Digitized by Google

meſ. de ſubrogand. q. 15. in conſiſtorialibus tamen non datur derogatio, niſi per viam conſiſtorii prius data eſſet ſubrogatio. Gomeſ. de ſubrogand. quæſt. 15.

Non datur ſubrogatio mouenti litem contra triennalem poſſeſſorem, quia præſumitur improbus litigator. Gomeſ. de ſubrogand. q. 16.

Si tertius non collitigans mortuo vno litigantium ſubrogatus fuerit ſine derogatione regulæ, & alius quidam ſubrogatus cum derogatione, & tertiò collitigans ſuperſtes intra menſem ſubrogationem impetrauerit præferendus eſt. Gomeſ. de ſubrogand. q. 17.

Poteſt ſubrogari intruſus ab initio, ſi pendente lite intruſus eſſe deſierit. Gomeſ. de ſubrogand. q. 18.

Si per obitum collitigantis expectans cum acceptare non poteſt beneficium acceptauerit, & ſubrogatus litem continuauerit, poſteaque vi eiuſdem gratiæ aliud beneficium acceptauerit non videtur gratia eſſe conſumpta. Gomeſ. de ſubrogand. q 19.

Beneficium vacans per obitum vnius

Digitized by Google

ex collitigantibus non poteſt ante menſem regulæ acceptari per expectantes: niſi habuerint gratiam etiam ad litigioſa, vel niſi expectatiua ſit ad certum beneficium de quo poſtea lis moueatur, vel niſi agatur de priuatione beneficii propter crimen, nam ſi lite pendente moriatur poſſeſſor beneficii, poterit tale beneficium non obſtante illa lite acceptari. Gomeſ. de ſubrogand. quæſt. 19.

Literæ vt vocant ſubrogationis, à collitigante impetratæ vt in ius & locum collitigatoris ſubſtitutus intelligatur, nō poſſunt prodeſſe impetrāti qui nullum ius habeat in beneficio, niſi à ſummo pontifice manauerint. Nam quę à principibus ſecularibus conceduntur, ad poſſeſſionis tantum cauſam pertinent, nec ius aut titulum in beneficio, vel ad beneficium tribuere poſſunt. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defi. 67.

Mortuo collitigante qui ſolus titulum habebat, non poteſt aliter vincere ſuperſtes collitigans ſi nouum habeat contradictorem, quàm ſi titulum ſibi acquirat. Multominus poterit nouus ille contradictor ſubrogationis literas

impetrare, non enim niſi collitigantibus concedi ſolent ratione poſſeſſorij. Tametſi quod ad petitorii cauſam attinet sūmus pōtifex poſsit & ſoleat quem vult in ius & locum demortui ſubrogare. Cod. Fabrian. de ſacroſ. Eccleſ. defi. 69.

Regula de ſubrogandis numeratur à die præſtiti conſenſus. Pariſ. de reſig. lib. 8. q. 8. n. 44.

In ſubrogatione à Papa concesſa fieri mentio debet beneficiorum obtentorum. Rebuff. in cōcord. §. declarātes in verbo ſucceſsorem.

Per reſcriptum ſubrogationis Papa confert ius quod habebat mortuus collitigans, ei quem vult ſubrogari. cap. fin. vt lit. pend. in 6.

Papa ſolus concedit ſubrogationes. Pariſius de reſign. libro 3. quæſt. 3. n. 104.

Fit & ſubrogatio per reſignationem etiam litigantis, vt per eius mortem. cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. is qui ſubrogatur cæteris præfertur ſi intra menſem petat ſubrogationem.

Regula de ſubrogandis non habet locum in conſiſtorialibus. Pariſ. de reſig.

libro 2. quæſt. 2. num. 8.

In petitorio poteſt peti ſubrogatio iure communi ſine reſcripto Papæ. molin. de public. n. 423.

Subrogatio peti poteſt cum procuratore partis aduerſæ, licet non fiat noua citatio contra dominum Ruſcus tractat. regal. priuileg. 5.

Annus petendæ ſubrogationis currit à die collationis, niſi alius percipiat fructus ratione deportus, vel niſi ſit iuſtum impedimentum.

Vel ſi intra annũ literas impetrauerit quę intra annũ executioni mandari non potuerint, vel niſi ſubrogationem petens poſſideret aliter quam à reſignãte ſemper litigante, vel denique ſi aduerſarius non poſſidebat. Rebuff. in concord. §. declarantes, in verbo ſucceſſores.

Reſignatarius vindiciarij poſſeſſoris ſubrogari debet intra annum Charond. lib. 8. reſponſ. cap. 6.

Si quis in alterutrius litigantis cauſam ſubſtitui cupiat, intra annum & diem reſcripto principis ſe ſubrogandum curare debet, ex eo die quo ius illi acquiſitum eſt, vt notat Ioannes Gallus in fine ſuarum quæſtionum.

Digitized by Google

Si tertius prætendat ius in beneficio, impetrando literas poteſt admitti ad litem intra annũ, ſed non inchoare debet cauſam, ſed tantum perſequi. Rebuff. in concord. §. declarantes, in verbo ſucceſſores.

Subrogatio in lite non fit poſt annũ, niſi reſignans ſemper litem proſequatur. Molin. de public. n. 415. 417. 422. 416. 419. 424.

Qui non petijt ſubrogationem intra annũ à die adeptæ poſſeſſionis, aduerſus lapſum temporis non reſtituitur, vt iudicatum à ſenatu refert Papon. lib. 8. tit. 17. hic tamen annus computandus à die cognitæ prouiſionis. ib.

Si appellans reſignat cauſa ſubrogationis in ſenatu expedienda eſt, nec nocebit lapſus anni. Rebuff. in concord. §. declarantes, in verbo ſucceſſores.

Nemo admittendus eſt ad petendam ſubrogationem poſt annum. Auffrer. in areſt. Parlamenti Pariſienſis, areſt. 91.

Si quis non perſequatur ſubrogationem petitam intra biennium, petit inſtantia, & ſi aduerſarius dilationem petierit, impetrans poſt annum perſequẽs

Digitized by Google

vix auditur. Rebuff. in concord. §. declarantes, in verbo ſucceſſores.

Subrogatos præueniunt interdum collitigãtes ſuperſtites qui petunt manũ regiam & impedimentum omne quod beneficio ob litem impoſitum eſt amoueri. Subrogatio iuris & inſtantiæ eſt non facti prædeceſſoris, vnde illud ſingulare, ſubrogatum non teneri ad reſtitutionem fructuum indebitè à ſuo prędeceſſore perceptorũ, vt iudicauit Senatus: nec ad expenſas cum eo factas tenetur niſi à die ſubrogationis vt idem ſenatus ſtatuit: niſi fortaſſe ſubrogatus ſuſciperet ſimpliciter in ſe litem, ſeu vt dicunt, proceſſum vel niſi petatur ſubrogatio poſt ſententiam vindiciarum, hoc enim caſu non admittitur ſubrogatus niſi fructus & impenſas omnes reſtituat, vt iudicatũ ab eodem ſenatu refert Rebuffus in praxi, vbi etiam docet ſubrogationem in curia peti debere, cum agitur de poſſeſſorio, intra annum, alias petentem non audiri, cumque ſtatim exhibere titulum ſuum oportere, vt apareat aduerſario an veniat intra tẽpus.

Si præmortuus in poſſeſſione fuerit,

alia adeptione poſſeſſionis opus non eſt ſubrogato, ſed continuat litem ſi velit per procuratorem mortui, vel alium conſtituit cum quo procurator collitigantis ſuperſtitis litem perſequi tenetur. Non poteſt tamen ſubrogatus nouum iudicium incipere, ſed prius in perſonam mortui prolatum petere poteſt executioni demandari, vel vindicias, & coram eodem iudice tantum, vt iudicatum à Senatu refert Rebuffus in praxi beneficiorum.

De clauſulis quæ ſolent adſcribi in reſcripto ſubrogationis pontificiæ agit Rebuffus in praxi cap. de ſubrogationibus. In hoc regno poſtquam aliquis ſubrogatus eſt in ius alterius à Papa, accipit poſſeſſionem in vim ſubrogationis Papæ, & poſtea impetrat literas regias quibus petit ſubrogari in ius & poſſeſſionem & inſtantiam mortui, niſi ipſe iam eſſet in poſſeſſione, ſed hodie non ſeruamus in Gallia ius antiquum quo prohibetur beneficium litigioſum alteri conferri, nam ſtatim poſt mortem vnius beneficium confertur alteri per ordinarium vel per Papã. Item apud nos

poteſt litigãs permutare beneficiũ litigioſum ſubrogando in ius ſuũ, niſi illud fiat in fraudem, & vt potentiorem obijciat. Item ſubrogatus de nouo procuratorem conſtituere debet, & gaudere ſententia ſui authoris. In hoc regno mortuo vno collitigantium, ſuperſtes petit in iudicio manum regiam tolli, & tũc iudex iubet actorẽ deponere apud Curiam ſuum titulum & poſſeſſionem apprehenſam, litiſpendentiam, & de collitigantis morte certificationem, & requiſitionem factam, & his viſis curia pronuntiat ſe manum regiam ablaturam. Quod vt fiat primò requiritur vt lis pendeat ſuper poſſeſſorio, apud iudices regios, vt pendente lite moriatur collitigans & ante vindicias, vt pars ſuperſtes in lite ſit, vt probet mortem aduerſarij, titulum & poſſeſſionem ſuam, petat manum regiam tolli & omnia iſta vt vocant, producat apud iudicem, vt ſcribit Rebuffus tractat. de ſentent. execut. ſed ſubrogatus non poteſt nouum iudiciũ inchoare. Porro duo in locum vnius poſſunt ſubrogari, inhabilis enim non palam & publice inhabilis,

ſubrogari poteſt: imò quis ſubrogari aliquis poteſt in locum eius partis quam impugnauit. Sed ſubrogatus debita prædeceſſoris non tenetur ſoluere, nec fructus nec expenſas niſi à die ſubrogationis, vel niſi purè & ſimpliciter proceſſũ reciperet aut vellet ſubrogati poſt ſententiam vindiciarũ, vel niſi reſignans remaneat in lite vel proceſſit pro fructibus & expenſis: porro ſubrogatio poſt annum peti non poteſt, qui annus computatur à die collationis & poſſeſſionis aduerſarij. Et qui petit ſubrogari, ſtatim ſuum titulum debet exhibere, & procurator cauſæ ad ſubrogationem citari poteſt ſed ſubrogatus titulum authoris ſui docere debet, & iure illius qui ceſſit vti poteſt etiam ſine ſubrogatione & noua poſſeſſione, ſi ante ceſſionem litigabat. Verum poſt duos annos non poteſt perſequi litem. Verum valet ſubrogatio, licet non ſit expreſſum, an defunctus fuerit actor vel poſſeſſor. Rebuff. in praxi de ſubrogat.

Reſignatarius qui petit ſubrogari in locum reſignantis poſt ſententiam vindiciarum latam contra reſignantem, non ſubrogatur, niſi ſoluat omnes ex-

Digitized by Google

penſas & fruct⁹ quos reſignans reſtituere debebat: ſecus eſt ſi petat ſubrogari ante ſententiam, quia tunc non tenetur niſi ad expenſas ſui temporis & fructus. Rebuff. in concord. §. declarantes, in verbo ſucceſſores.

Lite penitus inſtructa ſi vnus litigantium moriatur, cauſa iudicari non poteſt, niſi ſubrogatus in locum defuncti ſubſtituatur, vt iudicatum fuiſſe à Senatu refert Louetius in Areſtis.

Poſt mortem vindiciarij poſſeſſoris ſuperſtes litigās impetrare debet vt manus iniectio ſoluatur, vt iudicatum à Senatu refert Papon. lib. 8. tit. 17.

Subrogatio iudicatur ſine præiudicio iudicij principalis, vt iudicatum eſt à Senatu inter Duces Guyſium & Aſcotium 7. Martij anno 1572.

Subrogatus in beneficio, tenetur de oneribus, fructibus & impenſis quę tempore ſui predeceſſoris acciderunt. Carond. 1. reſponſ.

Quos fructus ſubrogatus reſtituere & retinere debeat, explicat Carondas lib. 8. reſponſ. cap. 7.

Reſignantes pendente lite tenentur reſignatarios ſubſtituere ſibi in litis per-

Digitized by Google

ſecutione vt à Senatu iudicatum refert Papon. lib. 8. tit. 17.

Sententia pro mortuo lata poteſt mādari executioni pro ſubrogato. Rebuff. in concord. §. declarantes, in verbo ſucceſſores.

Subrogatus in locum vindiciarij poſſeſſoris vindicijs gaudere debet licet manus iniectio in gratiam alterius ſublata fuerit. Rebuff. in concord. §. declarantes in verbo ſucceſſores.

Beneficium ſi collitigator defunctus in commendam tantum tenuit, licet ſubrogationis literas quis habeat, nullius erunt momenti, nec ſi à ſummo pontifice conceſſæ ſint. Cod. Fabr. de ſacroſ. Eccleſ. defi. 67.

Procurator non poteſt perſequi cauſam cum ſubrogato ſiue nouo mandato Rebuff. in concord. § declarantes, in verbo ſucceſſores.

Plura de ſubrogatione beneficiali Charond. lib. 1. reſponſ. cap. 30. 51. 53. & lib. 8. cap. 6. & lib. 10. cap. 9. & Auffrer. areſt. 420.

An beneficia litigioſa poſſint reſignari, & quando, & quomodo, & coram quo, & de ſubrogatione multa notatu

digniſſima explicantur apud Pariſium lib. 2. de reſignatione beneficiorum q. 3.

Hanc regulam de ſubrogandis collitigantibus explicauit quoque Rebuff. in praxi cap. regula de ſubrogandis.

REGVLA DE IMPETRANTIBUS beneficia viuentium.

CAP. 38.

HVIVS regulæ prim⁹ author fuit Benedictus 13. Gomeſ. de impetrant. præfat.

Regulæ de impetrantibus author fuit Benedictus 12. non 13. vt habet. Gomeſ. Molin. de veriſimili initio.

Si quis beneficium viuentis quaſi iam obijſſet impetrauerit, idem eius verè mortui amplius impetrare non poteſt. Gomeſ. reg. de impetrant.

Viuentes ſuo iure non ſunt ſine cauſa vel facto ſuo priuandi: & reſcripta prin-

eipum vel aliorum cenſetur conceſſa ſine præiudicio alterius, & ſi preces virtute nitantur.

Sine titulo ſe intrudens in beneficium viuentis, efficitur inhabilis, ſiue iuſtam cauſam habeat credendi vacationem, ſiue non. Molin. de veriſ. n. 19.

Impetrans beneficium viuentis fit incapax. Molin. de infir. n. 387. 391.

Ad probandum aliquem impetraſſe beneficium viuentis, multum valet ſupplicatio quam ipſe fecit, ſi ipſum feciſſe probatur. Certè ipſum feciſſe præſumitur, quia ei⁹ nomine impetrata eſt, maximè ſi notabili impenſâ impetrauerit, vel ſi coniecturis id deprehendatur, veluti quia illam ſcripſerit, vel ſubſcribi mandauerit, tunc enim onus probandi contrarium nominato in ſupplicatione incumbet. Gomeſ. de impetrant. benef. viu. q. 5.

Si quis eadem die qua prædıtus beneficio moritur, illud impetrauerit, præſumetur eo viuente impetraſſe extra curiam: ſecus in curia vel locis non diſtantibus à curia vltra duas legales diætas. Gomeſ. de impetrant. q. 7.

Regula locum habet etiam in eo qui

ignoranter beneficium viuentis impetrauit, niſi aduerſus ſuum defectũ reſtituatur à Pontifice. Gomeſ. de impetrant.q.3.

Regula locum habet in prouiſionibus impetratis à legato vel ordinario extra curiam. Gomeſ. de impetrant. q. 2.

Controuerſum eſt vtrum regula locũ habeat in gratia facta motu proprio põtificis. Gomeſ. de impetrat.q.1.
Regula de impetrantibus locum habet, modo impetrans obtinuerit beneficiũ ante vacationem, vel ipſo facto illam occupauerit: item in ſciente vel ſupina aut minus iuſta ignorantia: ſecus ſi cõſtet de iuſta & probabili cauſa probabilis vacationis: tunc enim licet ius nõ acquirat, tamẽ non incidit in damnum regulæ. Molin. de veriſ. n.73.

Regula de impetrantibus beneficia viuentium habet locum in prouiſionem Papæ, legati, & ordinarij, vt definit Deci' conſi. 398. in fi. Rationes autem huius regulæ eleganter explicat Gregorius tractat. de benef. cap. 32. n. 2. & 3.

Certa ſcientia & motus proprius Põtificis.

tificis important derogationem. Gomeſ. de impetrant. q. 1.
Expectatiua & mandatum non ſubiiciuntur huic regulæ, ſed reſeruatio quæ vim habet nouæ prouiſionis propter clauſulam ex nũc pro ex tunc, item prouiſio facta in vim expectatiuæ. Gomeſ. de impetrant. q. 4.

Deteſtanda, eſt tamen Romæ vſitata, impetratio beneficij viuentis per futuram eius mortem. Molin. de infir. n. 329.

Digitized by Google

REGVLA DE NON IVdicando iuxta formam ſupplicationis.

CAP. 39.

HÆc regula introducta primum eſt à Nicolao quinto. Gomeſ.reg.de non iudic.

Regula Cancellariæ de non iudicand. iuxta formam ſupplicationis, prohibet iudicib⁹ ne in cauſis iudicent ſecundum formam ſupplicationum, ſed ſecundum formam literarum expeditarum tribus de cauſis: prima vt euitentur falſitates quæ in ſupplicationibus facilius committuntur, quam in bullis, propter appoſitionem manuum multorum miniſtrorum arg. l. vlt. c. de Codi ill. Secunda ne fiat preiudicium miniſtris Romanæ curiæ quibus officia vendita ſunt, tertiam addit Mandoſius ad tollẽdas, diſputationes, quia ex proœmio colligitur cauſa finalis cõſtitutionis

vt ait Bart. in l. vlt. de hæred. inſtit. Hinc fit vt de iure tertij opponens per ſolam ſupplicationem, non videatur ius clarum & liquidum producere. Sic ſumptum ex regiſtro ſupplicationum ſignatarum fidem non facit, & capiens poſſeſſionem ex ſola ſupplicatione dicitur intruſus, & inhabilis. Itaque literæ debent expediri non ſolum ad executionem & probationem, ſed etiam ad vim & energiam gratiæ, vt pluribus oſtendit Pariſius lib. 10. de reſignat. q. 1. quæ omnia locum habent per hanc regulam, Nam iure communi non requiritur expeditio literarum.

Ante confectionem literarum gratia Apoſtolica eſt informis. Gomeſ. de non iudic. in regula & q. 1.

Iudices ne iudicent ſecundum formam ſupplicationis, ſed literarum expeditarum: niſi fortè in curia commiſſiones iuſtitiam continentes, vel per Vicecancellarium ſignatas. Gomeſ. reg. de non iudic.

Regula de non iudicando iuxta formam ſupplicationis habet tantum locum in iudicio petitorio, non poſſeſſo-

Digitized by Google

rio. Gregorius de benefi. cap. 40. n. 14.

Poſſeſſio capi non poteſt in benefi-cijs conſiſtorialibus ſine bullis. Greg. de benef. cap. 40. n. 14. in minoribus capi poteſt cum ſimplici ſignatura, quæ ſatis verificata cenſetur per Epiſcopi collationem ex Concilio Tridentino. ibid.

Senatus tamen Tholoſanus ſæpè iudicauit ſignaturam ad capiendam poſſeſſionẽ minimè ſufficere, vt Corraſiꝰ ait in Senatuscõſ. Curię Tholoſanæ cap. 53.

Literæ poſt commiſſionem productæ quarum dies nõ apparet in tempore, expeditæ præſumũtur, & docẽti eas expeditas eſſe poſt commiſſionem cauſæ, onus probandi incumbit. Gomeſ. de non iudic. q. 15.

Regula locum habet in gratia perinde valere, vt in principali. Gomeſ. de nõ iudicand. q. 7.

Vtrum regula locum habeat in acceſſu vel regreſſu ex cauſa oneroſa & per viam contractus, controuerſum eſt. Gomeſ. de non iudic. q. 4.

Regula locum non habet extra curiam Gomeſ. de non iudic. q. 2.

Regulæ etiam locus eſt in eo qui à patrono nominatus eſt nouam prouiſionem obtinente, & eam admitti poſtulante. Gomeſius de non iudic. quæſt. 12.

Sumptum ex regiſtro ſupplicationum facit fidem in iudicio. Gomeſ. de non iudicand. q. 16.

Quamuis ſola ſupplicatio plenè non probet, in ea tamen conſiſtit eſſentia gratiæ, literæ autem requiruntur ad probationem & executionem. Gomeſ. de non iudic. q. 1.

Si gratia Papæ amiſſa fuerit, & eius tenor probetur, iſta probatio non ſufficit ad effectum regulæ, non ſi in commiſſione Papæ hoc narretur. Ideoque narratio amiſſionis gratiæ facta Papæ ſufficit cum derogatione regulæ. Gomeſ. de non iudic. q. 13.

Regula de iudicibus loquens in arbitris locum habet quando dantur à Papa: ſecus cum à partibus. Gomeſ. de non iudic. q. 8.

Regula non procedit quando ordinarius prouidet in curia de beneficiis vacantibus in ſua diœceſi. Gomeſius de non iudic. q. 3.

Non videtur ſatisfactum regulæ cum

literæ proferuntur, ſed vitioſæ. Gomeſ. de non iudic. q. 10.

Hæc regula reſpicit iudicem: ſed regula 53. qua cauetur diſpenſationes non valere ſine literis, reſpicit ad poſſeſſionem & actum extraiudicialem. Gomeſ. de non iudic. q. 6.

Regula non habet locum quando agitur de poſſeſſorio. Gomeſ. de nõ iudic. q. 5.

Regula procedit etiam in gratijs motu proprio. Gomeſ. de non iudic. q. 11.

Regula etiam locum habet quando agitur de Epiſcopatibus. Gomeſ. de non iudic. q. 9.

Digitized by Google

REGVLA DE IMPETRANTIBVS beneficia vacantia per obitum familiaris Cardinalium.

CAP. 40.

REGVLÆ primus auctor fuit Gregorius II. Gomeſ. de impetrant. præfat.

Si quis impetret beneficium vacans per obitum alicuius familiaris Cardinalium, tenetur exprimere nomen & titulū Cardinalis, cuius familiaritate fruebatur, & ſi ipſe in curia fuerit, eius adhibere conſenſum, ſecus nulla erit gratia, quod obtinet, licet familiaris eſſe deſierit, vel ad alterius familiaritatem tranſierit. Gomeſ. de impetrant in reg.

Regula locum habet in gratia motu proprio conceſſa. Gomeſ. de impetrat. q.I.

Regula non habet locum in officijs.

Gomeſius de impetrant. quæſt. 2.

Regula locum habet etiam in inſtitutione, acceptatione, & in prouiſione executoris in vim gratiæ expectatiuæ facta: niſi fortè conſuetudo contrarium admitteret: quæ tamen exceptio dubia eſt, vt contraria bonis moribus. Gomeſ. de impetrat. q. 3.

Regula non habet locum in mandato de prouidendo, & reſeruatione, aut expectatiua beneficij vacaturi, quia de vacantibus tantum loquitur. Gomeſ. de impetrant. q. 3.

Locum non habet regula ſi beneficiũ vacet per reſignationem familiaris, iure communi, licet Cardinales tam ex priuilegio quam capitulis factis in conclaui contrarium obtinuerint. Gomeſ. de impetrat, q. 4.

Cum obtinetur beneficium per clauſulam, vel alias quouis modo, cum reſignans ante reſignationem admiſſam obijt, hæc regula non habet locum, quia loquitur de obitu vero non ficto vel accidentali. Gomeſius de impetrat. quæſt. 5.

Hæc regula etiam Cardinales ipſos comprehendit, quia iuris communis

Digitized by Google

concurſum habet. Gomeſ. de impetrat. q. 6.

Regula locum habet in commenda quæ obtinetur per obitum familiaris. Gomeſ. de impetrat.

Cardinales præſumũtur habere honeſtos familiares. Gomeſ. de impetrat. q. 7.

Impetrans beneficium vacans ipſo iure per priuationem familiaris Cardinalis non tenetur ſeruare hanc regulam. Gomeſ. de impetrat. q. 7.

Hæc regula conſtituta eſt pro Cardinalibus in ſolatium familiarium amiſſorum. Gomeſius de impetrat. quæſt. 8.

Valde controuerſum eſt vtrum in declaratoria facta incontinenti poſt primam gratiam, in qua fit mẽtio de familiaritate Cardinalis, debeat ſeruari regula. Gomeſ. de impetrant. q 9.

Si Cardinalis abſens fuerit tempore impetrationis licentiâ Papæ factæ, nihilominus requiritur expreſſio nominis & tituli. Gomeſius de impetrant. q. 16.

Cardinale abſente per duas diætas venationis cauſa vel alias, conſenſum il-

Digitized by Google

lius non requiri æquius eſt. Gomeſ. de impetrant. q.17.

Si familiaris mortuo ſuo Cardinali quo viuente beneficium impetrauit ad alium Cardinalem ſe transferat, & moriatur, an ſecũdus Cardinalis de iſto beneficio præſtare debeat conſenſum, cõtrouerſum eſt, ſed tamen æquius eſt nõ debere. Gomeſ. de impetrant. q.18. niſi in reſeruatione de talibus beneficijs expreſſe caueretur, vel cardinales hæc ſuis indultis impetrarent. ib.

Quando collatio beneficiorum familiaris alicuius Cardinalis, ſpectat ad alium Cardinalẽ ordinaria iuriſdictione conſenſus illius non requiritur per hanc regulam. Gomeſius de impetrant. quęſt. 19.

Si ſede vacante quis fiat familiaris Cardinalis & ante electionem Pontificis moriatur, non habet locum regula. Gomeſ. de impetrant. q.20.

Si familiaris Cardinalis ſit Canonicus Eccleſiæ non numeratæ, & moriatur, nihilominus Cardinalis conſenſus requiritur. Gomeſius de impetrant. q. 21.

Si Cardinali indultum fuerit vt ab-

ſens gaudeat priuilegijs præſentium etiam iſtius regulæ, tunc ſufficit vicarium abſentis preſtare conſenſum. Gomeſ. de impetrant. q. 22.

Hæc regula locum habet in eo qui impetrat ius quod familiari in beneficio vel ad beneficium competebat, licet alius poſſideret. Gomeſ. de impetrant. q. 23.

Si familiaris Cardinalis Epiſcopus eligatur, & ante confirmationem moriatur in curia, vtrum conſenſus ad Cardinalem pertineat, controuerſum eſt. Gomeſ. de impetrant. q. 24.

Conſenſus de quo loquitur regula, de expreſſo non tacito intelligendus eſt. Gomeſ. de impetrant. q. 26.

Priuilegio regulæ Cardinalis renuntiare non poteſt. Gomeſ. de impetrant. q. 27.

Sufficit conſenſum interuenire tempore expeditionis literarum, ſufficit eius fidem fieri per ſcripturam Cardinalis in cancellaria. Gomeſ. de impetrãt. q. 28.

Si ſecundus impetrans primus habeat conſenſum Cardinalis, deinde primus conſenſum obtineat, gratia primi im-

Digitized by Google

petrantis valet ſi tempore expeditionis literarum faciat fidē conſenſus. Gomeſ. de impetrant. q. 29.

Regula non habet locum in Coadiutoria, quam quis habet ad beneficium familiaris. Gomeſius de impetrant. q. 25.

Si Cardinalis prouiſioni factæ per Papam noluerit conſentire, ſuperior adiri debet, vt præſtet conſenſum, vel actum ſine conſenſu expediri mandet. Gomeſ. de impetrant. q. 30.

Si tempore impetrationis beneficium non eſſet litigioſum, & antequam Cardinalis conſenſum præſtaret, moueatur lis de beneficio, an poſt talem litem pręſtari poſſit ille cōſenſus, diſtinguendum eſt: Nam ſi lis moueatur impetranti per alium impetrantem qui conſenſum habeat Cardinalis, ſecundus præfertur, quod tamen dubitatione non caret: ſi verò ſecundus impetrans opponit regulam in iudicio antequam præſtetur primo impetranti conſenſus, primi impetrantis gratia nulla eſt ipſo iure, debuerat enim conſenſus ab initio præſtari: Quod ſi ſecundus impetrans derogationem regulæ non obtinuerit, & pri-

mus eam opponat, ſecundus item eâ ſe tueatur aduerſus primum, tũc ſi ſecundus impetrans non habeat gratiam ſi neutri nec ſit poſſeſſor, exceptione regulæ vti non poteſt: At ſi ſecundus impetrans non opponat regulam prima impetratio valebit, quia regula nihil prodeſt niſi opponatur. Denique ad primã gratiam adiungi poteſt conſenſus à Cardinale etiam lite pendente, ſecus inutilis erit per regulam. Gomeſ. de impetrant. q. 10.

Non videtur ſatisfactum regulæ quãdo ipſe Cardinalis impetrat pro alio, vel intercedit pro impetrante, vel conſenſit vt alius impetraret beneficium ſui familiaris, quia regula requirit expreſſionem nominis & tituli Cardinalis. Gomeſ. de impetrat. q. 11.

Si Cardinalis impetret beneficium familiaris alterius Cardinalis, tenebitur ſeruare hanc regulam. Gomeſ. de impetrat. q. 12.

In generali diſpoſitione etiam priuati Cardinales comprehenduntur. Gomeſ. de impetrant. q. 12. niſi obtineant gratiam motu proprio. ibid.

Ex habitu & qualitate perſonæ, re-

ceptione & intentione ſeruiendi dicitur qui, familiaris vel non ex pane & victu per Cardinalem amicis & clientibus erogari ſolito. Gomeſ. de impetrant. q. 12.

Accedens ad Cardinalem docendi cauſa qui victum ex eius domo capiebat familiaris eius dictus. Gomeſ. de impetrant. q. 13.

Omnes Officiales capientes panem in palatio, vel cuſtodiam facientes Papæ, familiares dicuntur ad effectum regulæ. Gomeſius de impetrant. quæſt. 13.

Familiares intelliguntur qui ſunt ex domo & familia, eſtque vera familiaritas quæ fit corpore & dentibus, hoc eſt continuo miniſterio & conuictu. Gomeſ. de impetrant. q. 13. vel ſaltem expenſis Cardinalis, licet alibi viuat. ibid.

Familiaritas probanda eſt, ſed ſemel probata durare præſumitur niſi contrarium probetur. Gomeſ. de impetrant. q. 13. nec vero probatur per ſolam aſſertionem Cardinalis in præiudicium tertij, poteſt tamen probari ſola affirmatione Papæ. ibid.

Digitized by Google

Familiaris eius qui familiaris eſt Cardinali, dicitur quoque familiaris Cardinalis, ſi impenſæ ipſi præſtentur vt domino per Cardinalem, ſi miniſterio ſuo reddat promptiorem dominum ad ſeruiendum Cardinali, ſi familus ille certus ſit & ſeruiat in domo Cardinalis domino ſuo & ad iſtum finem recipiatur, & vt perpetuò ſeruiat non ad tempus: addunt quidam vt ſaltem per quatuor menſes in Tincilo comedat. Gomeſ. de impetrant. q. 14.

Si cum familiaritate concurrat alia reſeruatio veluti ſi per obitum familiaris vacat, prima dignitas in Cathedrali vel collegiata, quę ſunt reſeruatę, an ſit locus regulæ diſtinguendum eſt. Nam ſi duæ reſeruationes concurrant in perſona vnius, perſonalis & realis, perſonalis attrahet realem. Si cōcurrant duæ perſonales vel duæ reales, non comprehendetur in diſpoſitione loquente de vna reſeruatione; ſed potentior attendi debet. Gomeſ. de impetrant. q. 15.

Regula de impetrat. beneficij vacantis per obitum familiaris Cardinalis, non habet locum in beneficijs vacanti-

Digitized by Google

bus per renuntiationem familiaris Cardinalis. Pariſ. lib. 7. de reſig. benef. q. 28..

Declaratio Papæ aliquem fuiſſe familiarem ſuum, ſi vera ſit & declaret tantum quid præteritum ſit, nemini præiudicat, ſed granũ ex ſpicis tantum excutit: At ſi non ſit vera ſed gratificandi animo facta, ius quæſitum tollit, & locũ facit huic regulæ, licet declaratio facta ſit motu proprio, quod tollit quidem ſubreptionem, ſed non ius tertij. Gomeſ. reg. de iur. q. 13.

In regula 30. de impetrante beneficium per obitum familiaris Cardinalis, non fit extenſio ab obitu naturali ad ciuilem. [redacted] de infir. n. 353. 362.

Regula trigeſima de familiaribus Cardinalium habet locum in terminis regulæ de infirmis. [redacted] de infirm. n. 291 453. 354.

Cardinales poſſunt tenere per ſex mẽſes beneficia vacantia per obitum ſuorum familiariũ. Pariſ. de reſig. lib. n. 11. q. 2. n. 17.

Regula de impetrantibus beneficia per obitum familiaris Cardinalis, non habet locum in beneficiis vacantibus

per

per eius reſignationem. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 7. q. 28. n. 4.

REGVLA DE VALO-*re beneficiorum in impetrationibus exprimendo.*

CAP. 41.

OMNIVM beneficioru quæ conceduntur, vel iam conceſſa ſunt qualibet ratione verus valor exprimendus eſt, aliter gratia nulla eſt: niſi motu proprio eiuſmodi gratiæ fiant, aut beneficia dimittantur. Quod etiam obtinet in expectatiuis beneficiorum. Gomeſ. regula de valore.

Valor exprimendus eſt in gratia iuxta taxationem Cameræ in beneficijs conſiſtorialibus, ſecus in cæteris quorum valor exprimendus eſt iuxta hanc regulam. Gomeſ. de valore. q. 10.

Alia monaſteria quam monialium, ſi non ſint conſiſtorialia, ſubijciuntur re-

gulæ: ſi ſint conſiſtorialia, ſoluunt annatam ſecundum librarum taxationes beneficiorum conſiſtorialium. Gomeſ. de valore. q. 3.

Expreſſio monetarum in impetratione fieri debet non ſecundum æſtimationem loci vbi vacat beneficium, ſed ſecundum valorem curiæ Romanæ, ne Papa decipiatur. Gomeſ. de valore quæſt. 8.

Marcha, ſterlingi, libræ Turonenſes & legales, argentum purum, aurum obryzum, aurum vngaricum, floreni, ducati, ſcuta, marabatini, denarij & ſolidi explicantur apud Gomeſ. de valore quæſt. 9.

Selua aduerſus cæteros ſcribit veri valoris taciturnitatem nõ vitiare gratiam, quod valor ſit exprimendus ob taxationem Cancellariæ debitam, quæ gabella, inquit ille, iniuſta eſt, tractat. de benef. part. 3. n. 12.

Vrbanus quartus, vel vt alij volunt, ſextus, huius regulæ inuentor fuit. Gomeſ. de valore præfat.

Cauſa regulæ eſt vt quiſque legitimum habeat modum beneficiorum Eccleſ.

Digitized by Google

Gomeſ. de valore præfat. vel ne annatæ defraudentur, hîc.

Regula de valore non operatur ante productionem. Pariſ. de reſig. lib. 1. q. 3. n. 109.

Regula de beneficij valore exprimendo, non attenditur in quæſtione quæ iudicem laicum habet de poſſeſſione beneficij, quòd burſalis ſit potius quàm iuris. Cod. Fabr. de Epiſc. & Cleric. defi. 10.

Regula de valore vim tollit prouiſioni, non inducit reſeruationem. Pariſ. de reſig. lib. 10. q. 2. n. 45.

Expreſſio valoris facta in literis ſecundum contractum locationis à mortuo factum eximet impetrantem pœnæ huius regulæ, ſi ſint plures contractus, & his fama conſentiat, & bullæ producantur eundem valorem continentes. Gomeſ. de valore. q. 11.

Valor beneficij certò poſitus teſtibus probandus eſt. Gomeſius de valore, q. 12.

Regula locum habet in hoſpitalibus ſi dentur in titulum aliàs ſecus. Gomeſ. de valore. q. 4.

Regula de valore locum habet in ab-

Digitized by Google

ſentibus Cardinalibus non præſentibus. Gomeſ. de valore. q. 1.

Cardinales non poſſunt impetrare niſi vſque ad certam ſummam. Gomeſ. de valore. q. 1.

Regula locum habet extra curiam in impetrationibus factis à legatis. Gomeſ. de valore. q. 2.

Regula de valore habet locum etiam in prouiſione legati. Pariſ. de reſig. lib. 10. q 2. n. 56.

Habet etiam locum in gratiis de beneficiis vacaturis. Gomeſ. de valore. q. 5.

Sed non obſtat regula regreſſui in quo non eſt expreſſus valor ſecundum communem æſtimationem, cum in prima gratia fuit expreſſus. Gomeſ. de valore. q. 6.

Monaſteria monialium non ſubiiciuntur regulæ, quia præbent tantum rochetum Papæ loco annatæ. Gomeſ. de valore. q. 3.

Non videtur hæc regula locum habere in commenda, dubium tamen eſt an habeat locum in perpetua. Gomeſ. de valore. q. 7.

Regula de valore non comprehendit

adminiſtrationem capellaniarum. Pariſ. de reſig. lib. 10. q. 2. n. 58.

REGVLA DE VNIONIbus.

CAP. 42.

REGVLA 21. Cancellariæ de vnionibus eſt, vt qui voluerit vnire beneficia, teneatur exprimere verum valorem ſecundum cōmunem æſtimationem vtriuſque beneficii, alioquin non valeat vnio, & ſemper in vnionibus commiſſio fiat ad partes, vocatis quorum intereſt, quod etiam obtinet in confirmationibus vnionum factarum. Hi autem quorum intereſt ſunt, Epiſcopus, patronus, & capitulum, non autem rector Eccleſiæ, cuius conſenſus non requiritur, nec plebis, qui conſenſus ante vnionem & poſt haberi poteſt. Sed tamen conſentire nolētes ad hoc cogi poſſunt. Cauſa item vnionis probanda eſt. Legatus autem nō

poteſt vnire in præiudicium Epiſcopi, qui vniendo iura ſua remittit. Vnione facta poſſeſſio poteſt apprehendi propria authoritate. Sed lite pendente vnio non fit. Rebuffus in hac regula.

REGVLA DE CON-*ſenſibus.*

CAP. 43.

REGVLA de præſtando conſenſu in reſignationibus facta eſt, vt iretur obuiam fraudibus: ſecus enim quis poſſet porrigere ſupplicationem nomine alterius, eumque priuare beneficio. Pariſ. de reſig. benef. lib. 8. q. 8. n. 43. & q. 5. n. 50.

Regula de conſenſu habet locum etiamſi reſignatio admiſſa ſit per inferiorem ordinarium. [redacted] de infir. n. 290.

Regula de conſenſu nullomodo pertinet ad ordinarium. Butill. q. de infir.

Regula de conſenſibus non habet locum in Epiſcopalibus. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 3. q. 18. n. 82. & lib. 8. q. 5. n. 49.

Regulæ de conſenſibus derogatur. Pariſ. de reſig. benef. lib. 8. q. 8. n. 118. vt in renuntiatione facta in fauorem minoris. n. 120.

Regulæ de conſenſibus derogatur in reſeruatione penſionis iuxta concordiam. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 8. q. 8. n. 121.

REGVLA DE MENSE.

CAP. 44.

REGVLA Cancellariæ de mẽſe locum habet in reſignatione. Pariſ. de reſignat. lib. 8. q. 7. n. 155.

Regula de menſe comprehendit beneficia patrimonialia. Pariſ. lib. 10. de reſignat. q. 12. n. 6.

REGVLA DE CLERICIS *male promotis.*

CAP. 45.

REGVLA cancellariæ 25. de Clericis ad ſacros ordines malè promotis ſtatutos qui ſine diſpenſatione canonica aut legitima licentia, ſiue extra tempora à iure ſtatuta, ſiue ante ætatem legitimam, vel abſque dimiſſoriis literis, ordinati fuerint, ab ordinũ executione ſuſpendi, & ſi miniſtrent, irregularem eſſe, & beneficiis priuari. Rebuff. praxi hâc regula.

Digitized by Google

REGVLA DE DISPEN-*ſatione ſuper gradibus conſanguinitatis.*

CAP. 46.

REGVLA 46. Cancellariæ ſtatuit vt in literis diſpenſationum ſuper aliquo gradu cõſanguinitatis vel affinitatis, aut aliâs prohibito, ponatur clauſula, ſi mulier rapta non fuerit, & ſi ſcienter, ponatur clauſula vt ſeparentur ratione delicti pro tempore, quouſque ad arbitrium commiſſarij comgruam egerint pœnitentiam, poſtea diſpenſetur cum illis, & facta diſpenſatione ceſſabunt omnes leges pœnales. Rapere autem videtur puellam qui regis beneficio illam ducit. Impedimenta autem matrimonij his verſibus comprehenduntur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus, diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis
Hæc ſocianda vetant connubia, iuncta retractant.

Hi autem caſus incidentes ſponſalia de futuro ſoluunt:

Lepra ſuperueniens, furor, ordo, ſanguis & abſens,
Læſaque virginitas, membri damnum, minor ætas,
Hæreſis ac lapſus, fideique remiſſio prorſus,
Sponſos diſſociant, & vota futura retractant.

Rebuffus in praxi hâc regula, vbi multa de miſeranda iſtarum diſpenſationum taxatione, vtinam falſa, publicauit.

Has regulas Cancellariæ explicauerunt etiam Rebuffus in additionibus ad regulas Cancellariæ, Caſſadorus deci-

Digitized by Google

ſionibus in has regulas, Quintilianus, Mandoſius & quidam alij, ex quibus vt ex cæteris, theoremata & definitiones nõ decerpſimus quòd Pariſius à nobis in medium productus id commodiſſimè perfecerit, vt iam nihil lectorem poſſit effugere.

DE CON*C*OR*DATI*S.

CAP. 47.

IVLIVS tertius pontifex dicebat concordata morte regis Franciſci finita. Molin. de infir. n. 314.

Digitized by Google

DE GRADVATIS ET nominatis.

CAPVT 48.

IN dubio nominati ſunt fauorabiliores mandatarijs. Molin. de infir. n. 272.

Simplices graduati fauorabiliores mādatarijs. Molin. de infir. n. 113. 114.

Legatus non poteſt vti præuentione in præiudicium nominatorum vel graduatorum, ſed ſolus Papa, qui tamen poſteaquam vnus graduatorum requiſiuit ab Ordinario, non poteſt amplius, etiam per viam gratificationis graduato legitimè qualificato conferre. Molin. de infir. n. 450. 451.

Senatus Tholoſanus iudicauit Legatum non poſſe derogare regulæ de infirmis in præiudicium graduatorum, vt refert Mainardus lib. 1. quæſtionum cap. 51.

Is cui non debetur beneficium, non poteſt impetrare per obitum, vt cap. 2. de renunt. in 6. ſicut graduati & manda-

Digitized by Google

tarij impetrarent. Molin. de infir. n. 121. Alias ſufficit docere fraudem vnius tantum, vt reſignatio in fraudem graduati nulla ſit n. 123.

Nominatio ſub nomine dignitatis alicui Ordinario inſinuata, in ſucceſſorem tranſit. Molin. de infir. n. 242. 245. 246.

Valet argumentum à corruptione diſciplinæ Eccleſiaſticæ, vt à mutationibus legum & à moribus mutatis, ad fraudem inducendam contra graduatos & nominatos. Molin. de infir. n. 115.

Requiſitio vnius nominati impedit præuentionem Papæ, in commodum omnium nominatorum. Molin. de publicand. n. 44.

Si prælatus aut beneficiatus matrimonium contrahat, vel voto regulari obligetur, aut ciuiliter moriatur, vel intra viginti dies, beneficium non debetur nominato Regis vel graduato, tanquam vacans per obitum, licet eo caſu fiat locus nominationi, Butillerius q. de infirm. Nam textus concordatorum expreſſe definit beneficia in menſibus graduatorum vacantia per reſignatio-

Digitized by Google

nes ſimplices ab ordinarijs admiſſas nullomodo ijs affecta eſſe.

Priuilegium graduatorum contra ordinarios vt iuuari poſſint regulâ de infirmis à nemine iuriſconſultorum aut interpretum confirmatum fuit. Butill. animad. contra Behor.

Collatio facta tanquam graduato inſinuato, & legitimè honorificato, ſeu vt vocant, qualificato, non reſtringitur ad illam cauſam neceſſariam, cum aliàs ex forma collationis apparet eo modo nõ poſſe valere: vt cum regulare confertur ſeculari diſpenſato ad regularia ſine hac clauſula, aut aliàs idoneo, tunc enim mãdatarius præfertur. Molin. de infir. n. 264. 265.

Præuentio Epiſcopi etiam inefficax intra tempus patroni non prodeſt impetranti à Papa vel Legato, ſed patrono, graduatis, nominatis, & mandatarijs. Molin. de infir. n. 74.

Collatio ordinarij infra menſem expectantium facta, infirmatur, ſi ij quorum intereſt conquerantur. Molin. de infir. n. 61. 81. 175. 181.

Digitized by Google

Prætermiſſa in capite de iure quæſito non tollendo.

COmmiſſio Papæ quæ mandat fidẽ dari ſchedulis publicationũ factis, quæ non plenè probabant ad effectum regulæ de publicandis, non tollit ius quæſitum, nec lædit titulum opponẽtis, licet ſecundariò ius illud per eiuſmodi reſcriptum debilitaretur. Gomeſ. de iur. quæſ. q. 12.

Declaratio Papæ expoſitiua non tollit ius quæſitũ, ſed ea quæ fit non interpretandi cauſa, ſed ſupplendi, infert præiudicium. Gomeſ. de iur. queſ. q. 13.

Regula de iure quæſito loquens, habet locum cum poſſeſſio tollitur. Gomeſ. in reg. de iur. quæſ. q. 5.

Hęc regula non obſtat gratię tertii nõ collitigantis lite pendẽte inter alias impetratę, ſed per collitigantem in iudicio productæ. Gomeſ. reg. de iur. quæſ. q. 14

Per derogationem regulę cuius vi iam alicui competebat exceptio ante derogationem, tollitur ius quęſitũ per regulã, quia Papa poteſt tollere ius quęſitum

ex lege ſua. Si tamen Papa per ſpecialem gratiam vni factam, tolleret ſtatuta, priuilegia, & conſuetudines Eccleſiæ confirmatas, per quę fuerat iam ius quęſitũ, locus eſſet huic regulę. Gomeſ. reg. de iur. quæſ. q. 15.

Si per commiſſionem tollatur gratia alicuius, atque ita reducamur ad ius commune, locus non erit regulæ, quia fauorabilis eſt via per quam reuertimur ad ius commune. Gomeſ reg. de iur. quęſ. q. 16.

Vtrum commiſſio per quam reiicitur confeſſio minoris ætatis, & inhabilitatis in literis Apoſtolicis in iudicio productis facta, tollat ius quęſitum, ad effectũ regulæ, valde controuerſum eſt. Gomeſ. reg. de iur. quæſ. q. 17.

Papa per ſuam commiſſionem reiiciẽs exceptionem mihi competentem contra aduerſarium, tollit ius quęſitum, & locum facit regulæ. Gomeſ. reg. de non toll. q. 18.

Papa concedente ſcriptum vel commiſſionem fauore reip. lite pẽdente, quę ſit in præiudicium collitigantis, cũ clauſula generali non obſtãte, non eſt locus regulę. Gomeſ. reg. de non toll. q. 19.

Quibus in caſibus commiſſio tollens narratiuam

Digitized by Google

narratiuam bullę tollat ius quęſitũ, explicat Gomeſ. de iur. quæſ. q. 20.
Clauſula non obſtante collatione alteri facta, tollit ius quæſitum per collationẽ validam. Gomeſ. reg. de iur. quęſ. q. 21.
Quibus caſibus regula lęſis non ſuffragatur, annullatur gratia per quã ius quęſitũ tollitur, primum per viam actionis, ex defectu intentionis Papæ per plures coniecturas, de quibus Decius conſil. 541. Secundum eſt per viam exceptionis, quę agenti obſtat minime, & fundatur in defectu eiuſdem intẽtionis principalis. Gomeſius reg. de iur. quęſ. q. 22.
Legatus de latere non poteſt tollere expreſsè ius quæſitum, derogando huic reg. Gomeſ. de iur. quæſ. q. 23.
Petrus Antonius de Petra librum edidit ad hanc regulam valde pertinentem, de iure quæſito per principem non tollendo, qui hac de re conſuli poteſt.

FINIS.

INDEX CAPITVM QVÆ IN HOC ANALYtico Commentario continentur.

Ratio & ordo dicendorum. 1. cap. fol. 5.

De iure pontificio & beneficiario in genere. 2. cap. fol. 7.

De beneficijs in genere. 3. cap. fol. 8.

De reſignatione beneficiorum. 4. cap. fol. 11.

De permutatione beneficiorum. 5. cap.

fol. 17.
De reſeruationibus. 6. cap. fol 19.
De penſione beneficiaria. 7. cap. ibid.
De commenda. 8. cap. fol. 20.
De ſimonia. 9. cap. fol. 21.
De iure patronatus. 10. cap. fol. 22.
De regia ad prælaturas nominatione. 11. cap. fol. 25.
De collatione in genere. 12. cap. fol. 26.
De concilijs & comitijs Eccleſiæ. 13. cap. fol. 27.
De Papa ſeu Pontifice Romano. 14. cap. ibid.
De collatione Papæ. 15. cap. fol. 29.
De ſignaturis, bullis & diplomatis Pontificis. 16. cap. fol. 33.
De mandatis & gratijs expectatiuis. 17. cap. fol. 35.
De diſpenſationibus Pōtificis. 18. cap. fol. 38.
De annatis Pontificis. 19. cap. fol. 39.

Digitized by Google

De Cardinalibus.20.cap.fol.40.
De indultis Cardinalium, & Curiæ Pariſienſis. 21. cap. fol.42.
De Legato Summi Pontificis. 22.cap. fol. 44.
De Epiſcopo ſeu ordinario Collatore. 24. cap. fol.47.
De collatione quæ fit iure deuoluto. 24. cap. fol. 51.
De collatione Capituli. 25. cap. ibid.
De collatione Laici. 26. cap. fol. 52.
De regalia. 27. cap. ibid.
De Cancellaria Romana, eius præfecto & miniſtris. 28. cap. ibid.
De regulis cancellariæ in genere. 29. cap. fol. 56.
Regula de non tollendo iure quæſito. 30. cap. fol. 58.
Regula de infirmis reſignantibus. 31. cap. fol. 63.
Regula de publicãdis reſignationibus. 32. cap. fol. 81.
Regula de veriſimili notitia. 33. c. f. 97

Digitized by Google

Regula de Idiomate. 34. cap. fol. 104.
Regula *de triennali poſſeſſore. 35. cap. fol. 109.*
Regula *de annali poſſeſſore. 36. cap. fol. 120.*
Regula *de ſubrogandis collitigãtibus. 37. cap. fol. 136.*
Regula de impetrantibus beneficia viuentium. 38. cap. fol. 144.
Regula *de non iudicando iuxta formam ſupplicationis. 39. cap. fol. 146.*
Regula *de impetrantibus beneficia vacantia per obitũ familiaris* Car*dinalium. 40. cap. fol. 148.*
Regula de valore beneficiorum in impetrationibus exprimendo. 41. cap. fol. 153.
Regula *de vnionibus. 42. cap. fol. 155.*
Regula *de conſenſibus. 43. cap. fol. 156.*
Regula *de menſe. 44. cap. ibd.*
Regula *de* Clericis *male promotis. 45. cap. fol. 157.*

X iij

Regula de diſpenſatione ſuper gradibus conſanguinitatis. 46. cap. fol. 157.
De concordatis. 47. cap. fol. 158.
De graduatis & nominatis. 48. cap. fol. 159.
Digitized by Google

Extraict du Priuilege du Roy.

PAr grace & Priuilege du Roy, il eſt permis à Frãçois Huby, Maiſtre Imprimeur & Marchand Libraire en l'Vniuerſité de Paris, d'imprimer, & faire imprimer vn liure intitulé, *Iuliani Pelei, in Senatu Pariſienſi, & in Conſiſtorio Principis Aduocati, Commentarius verè Analyticus, in Regulas Cancellariæ Romanæ.* Et ce iuſques au terme de ſix ans finis & accomplis, à compter du iour que ledit liure ſera acheué d'imprimer. Pendant lequel temps deffenſes ſont faites à tous Imprimeurs, Libraires & autres de quelque eſtat, qualité ou condition qu'ils ſoient, de non imprimer, vendre, contrefaire, ou alterer ledit liure, ou aucune partie d'iceluy, ſur peine de quinze cens liures d'amende, applicables moitié à Nous, & moitié aux pauures enfermez de ceſte ville de Paris, & de tous deſpens, dommages & intereſts dudit expoſant, comme plus amplement eſt contenu en l'Original. Donné à Paris le troiſieſme iour d'Aouſt, l'an de grace 1615. Et de noſtre Regne le ſixieſme.

Par le Roy en ſon Conſeil,

Signé,

RENOVARD.

Acheué d'imprimer le ſixieſme d'Aouſt, 1615.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google